1336

CONTROVERSIA DE NECESSARIA RESIDENTIA PERſonali Epiſcoporum & aliorum inferiorum Paſtorum Tridenti explicata per fratrem Bartholomæum Carranzam de Miranda inſtituti beati Dominici.

Et regentem in collegio ſancti Gregorij eiuſdem ordinis in Valle Oletana.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA VITTORIO EMANUELE

Lucæ Decimo.

Meßis quidem multa operarij autē pauci, rogate ergo dominum meßis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

Beatus uir, cuius eſt dominus ſpes eius, & non reſpexit in uanitates, & inſanias falſas.



1

VENETIIS AD SIGNVM SPEI. MDXLVII.

ILLVSTRI AC REVERENDISS.
in Chriſto patri ac D. Domino Frãciſco de Nauarra Epiſcopo Eccleſiæ Pacenſis F. Bartholomæus Carranza de Miranda Chriſti gratiã et perpetuam in Dño felicitatem.

INCIDIMVS *pater in Chriſto mihi obſeruandiſsimè in tẽpora calamitoſiſsima. peruenere res in eum locum, quem nec mali homines ſuis cupiditatibus ſperare ſunt auſi, nec boni timuerunt poſſe fieri, ut ad hanc perfidiam deuenirent. Nutat res Chriſtiana, laborat ſua potentia imperiũ ſacerdotale, dormiunt interim, quibus ſubueniendi imperium datum eſt. Plebs nondum ſua reſciuit mala, more hominum qui poſtremi ſiquid domi turbatum eſt, intelligunt, qui uero medicum obtinent locum, rem uidentur tractare alienam, & dum priuatis commodis ſtudent, cõmunia contemnunt, aut ſi nõ contemnunt, ſeſe incendio ſubtrahunt, quod nolunt, etiam ſi poſſent, ſua ruina extinguere, ruinam uocantes exiſtimationẽ & opinionẽ popularem, & ſiquid argenti repoſitum habent, nequid interim pereat omnes muſsitamus, in aurẽ loquimur, & nutibus tantum ſignificamus, quæ in rem Chriſtianam erat, in culminibus tectorum & in plateis prædicari, & ſtentoreo clamore oĩum auribus obtrudi. Quòd ſi roges, unde putem datam hanc ſtragem in Chriſti ouibus, non aliunde (teſte conſcientia mea) dicere poſſem, q̃ ex ſocordia et negligentia hominum tui ordinis, oues com*

miſſas prædam arbitrantur, et ſemel tradito epiſcopatu, quaſi re bene geſta, in utranq; dormiunt aurē, aut in hac parte ſecuri, aliā prædam maiorē ambiunt. Gaude pater *optime quòd te iſta non tangunt, legerat te Cæſar inter eos, penes quos ſumma fidei uertitur ī Hiſpania, curaſti pro utilitate ouiū tuarū uincula illa abrumpere, accitus deinde ad hoc conciliū maturaſti ne in mora eſſes, ſiquā opem labanti eccleſiæ pro tua uirili ferre poſſes.* Præfe*cerat iam te Cæſar anno proximo elapſo conuentui* Illi*berritano, quem Granatenſem uocāt, ut eius illic partes ageres præfectus prætorio, ſapiēter quidē ille qui tuam fidem induſtrian & prudentiam perſpectam habet, ſed tu noluiſti tibi deeſſe in tanto rerum cardine.* Vidiſti nō *poſſe te Chriſti Vicarium agere & Cæſaris, hoc eſt, ut & oues paſceres ſpirituali uictu, & leoni rugienti interdum occurreres, & ſcabiē depelleres & reiculas ſemoueres, et ſimul totus eſſes ī litibus occupatus, inuigilans rubricis Iuſtiniani, utilibus quidem illis ſed tamen humanis & ab alijs hominibus tractandis.* Quid epiſcopo cū *ſtillicidijs et aqua pluuia qui è lapide Chriſto uiuā aquā & ſalientem in uitam æternam elicere debet ſuo gregi.* Vidiſti *inquam quam præpoſterum erat paſtorem ſpirituum et patrem animarū ſedere iudicem cauſarum ciuilium, doctorem illius philoſophiæ cœleſtis iugiter diu noctuq; impediri in adminiſtrandis legibus imperatorijs (immittat* Chriſtus *hanc mentem Cæſari & alijs principibus Chriſtianis ut uelint excludere & arcere à ſuis aulis prætorijs, et tribunalibus eccleſiaſticos miniſtros, & tractēt fabrilia fabri)* Deniq; *excuſaſti te gratias interim agens q̄ te tanto muneri parem putaſſet, nimirum*

ſciebas q̃ Chriſtianũ haberes Imperatorẽ, nec dubitabas futurũ, id quod poſtea res indicauit, quin Cæſar hac de re plus te eſſet amaturus, recepit excuſationẽ tuã, & te qua eſt pietate laudauit in frequenti magnatũ corona. O uero ſat ſcio pudorem tuũ, ſed patere me in hæc diuertere tam rara exempla noſtræ tempeſtatis, quæ tamen ſi olim audita fuiſſent, nullo futura erant in pretio. Quis enim ex illis ſanctiſsimis patribus epiſcopũ laudaturus erat, qui monſtrum nõ faceret? An nõ meminiſſent quid Chriſtus Ieſus dñs noſter in huiuſmodi negotio feciſſet, cũ fratres de familia herciſcunda repellit: Quis, inquit, homo me conſtituit iudicẽ aut diuiſorem ſupra uos. An nõ credis cũ hęc dixerit, ſeipſum digito demonſtraſſe? ac ſi diceret, me uos de his nugis iudicẽ facitis, me inquam, quẽ pater miſit mundi ſaluatorẽ? me qui ueni quærere et ſaluũ facere qd' perierat? me partitorẽ cœleſtiũ bonorũ? me inquã diſpenſatorẽ bonorũ ſpiritualiũ & æternorũ petitis diuiſorẽ bonorũ tp̃alium & carnaliũ? Nũc pater optime adeo mores peſſum ierũt, ut epiſcopos ſimus laudaturi, q̃ non aperte graſſentur. O tp̃a, o mores. ego, ut ingenue fatear, nullã ſalutẽ moribundis eccleſię negotijs ſpero. Illud tantũ ſupeſſe arbitror, ut lachrymis à Chr̃o cõtendamus, ne oues ſanguine eius redẽptas culpa paſtorum perire patiatur, et Ioſophat Regẽ Iudeæ æmulantes dicamus dño. Cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos nr̃os dirigamus ad te. Quoniã et nũc cõtra Chr̃i eccleſiã aſcendũt armati filij Moab et Amon, ſicut et tũc cõtra Iudã et Hieruſalẽ. Ridebant nr̃i aduerſarij mores et abuſus hactenus, nec ĩmerito quidẽ, ridebãt etiã noſtram doctrinã, ſed falſo, nec

ullis cauillis aliquid potuerũt obtinere, nõ labẽ, nõ fugã oſtẽdere, nũc uero (qđ præ dolore ſcribere uix poſſum) uereor ut Sathan, nec hanc partẽ reliquam nobis ſaciat, niſi nos ipſos opponimus eius ualidiſſimo arieti. O Pr̃ nõ ſatis erat periclitari in moribus, & in ea parte male audire niſi periclitemur etiã ĩ doctrina? Exoriũtur enim (ut audio) nõnulli, qui nunc tandem in dubiũ reuocant, unde Epiſcopi originẽ ducant, iure diuino an humano fuerint cõſtituti. Tũ etiã an teneãtur pręſentes Epiſcopi ſuas opes paſcere, an uero ſatis ſit mercenariũ paſtorẽ gregi præficere ut ipſi à cura ſoluti alias res agant, hoc eſt, ut alter noĩe quidẽ ſit Epiſcopus, et ob hoc oues tondeat, ne dicã deglubat, alter conductitius paſtoris obeat munus. Nouę ſunt doctrinę, nec dubito, quin illarũ quas Paulus dęmoniorũ uocat. Rogas Pr̃ optime & in Chr̃o mihi chariſſime, quid de huiuſmodi controuerſijs ſentiã, ſcio te nihil addubitare, ut q diu ĩ lege Dñi ſis uerſatus, in qua, ut optime noſti, ſi abundat pius affectus, adeſt ẽt rectus intellectus, operando enĩ diſcimus, et quo magis in opibus ꝓmouemus, eo magis ĩ nobis cognitio diuinæ legis uiget. Legiſti non ſemel illud Dauidis. Intellectus (inquit) bonus oĩbus facientibus mandata Dei. Faciam tamẽ quod iubes, uel ob hoc ſolũ quòd iubes. Aperiam itaq; aĩum meũ in re alioqui adeo clara, ut mihi uideantur aduerſus ſolem etiã locuturi (ut uetus uerbũ eſt) qui hic dubitant, nedũ qui in illam inclinant partẽ, quæ tibi ſtomachũ mouet. Sed iam ad controuerſiam accedo, ne præludia ipſum opus ſuperent. Vale in Chr̃o perpetuo felix Pater obſeruandiſſime. Tridenti in feſtis Mathiæ Apoſtoli Anni M. D. XXXXVII.

ARGVMENTA OMNIVM CAPITV lorum ſequentis controuerſiæ de reſidentia Paſtorum Eccleſiæ i compendium redacta.

Caput Primum.

Declaratur quibus generibus argumentorum examinanda ſit præſens controuerſia de reſidentia perſonali Paſtorum Eccleſiaſticorum.

Caput Secundum.

Explicatur & demonſtratur per duo axiomata totus ſtatus præſentis controuerſiæ de reſidentia.

Caput Tertium.

Quinq; teſtimonijs ueteris teſtamenti probatur neceſſaria reſidentia perſonalis miniſtrorũ eccleſię ex libro Num. cap.18.ex libro Prouerbiorũ cap.27.ex Ezechiele Propheta cap.34.ex Zacharia cap.11.Poſtremo ex libro Numerorum cap.27.& Eſai. 40.

Caput Quartum.

Teſtimonijs tribus euangelicis, & uno ex actis apl'icis probatur reſidẽtiã perſonalẽ epiſcoporũ eſſe de iure diuino. Ex Matthæo c. 10.ex Ioã.eodẽ cap.Deinde ex eodẽ Ioan.cap.21.Ex actis Apoſtolicis cap.20.

Caput Quintum.

Quinq; teſtimonijs apoſtolicis oſtẽditur de iure naturali et diuinò eſſe neceſſariã perſonalẽ reſidentiam miniſtrorum eccleſiaſticorũ ex prima ad Cor. cap. 9.ex prima ad Theſſalonicẽ c.5.ex prima ad Timotheũ c. 3. ex ſecũda ad eundẽ c. 4. ex prima Petri c. 5.

Caput Sextum.

Explicantur nõia epiſcoporũ ſecundũ uſum diuinarum literarum. Nã & hæc ſcripturæ diuinæ partem eſſe

uidentur, quæ ut à ſpiritu ſapientiæ indita ſemper conſonare debent rebus ipſis.

Caput Septimum.

Legibus conciliorũ generalium & prouincialium comprobatur Paſtorum eccleſiæ reſidentia neceſſaria.

Caput Octauum.

Summorum Pontificum decretis & doctrina epiſcoporum perſonalis reſidentia neceſſaria conuincitur.

Caput Nonum.

Sanctorum Patrum & Doctorũ eccleſiæ doctrina, reſidentia epiſcoporum demonſtratur neceſſaria.

Caput Decimum.

Compendio recenſetur et explicatur ſententia Cardinalis Caietani circa præſens argumentum, cum firmioribus eiuſdem rationibus.

Caput Vndecimum.

Argumẽtis humanis manifeſtantur uera quæ per fidem ſcripturarum et Patrum eccleſiæ, docuimus de reſidentia paſtorum eccleſiaſticorum.

Caput Duodecimum.

Examinatur an ſint aliqua quæ poßint excuſare epiſcopum à perpetua reſidentia, & ſoluuntur rationes aduerſariorum.

CONTROVERSIA DE RESIDEN-
tia miniſtrorum eccleſiæ.

CAPVT PRIMVM.

DECLARATVR QVIBVS GE-
neribus argumentorum examinanda ſit præſens controuerſia.

IN SACRIS diſciplinis multiplex eſt locus arguēdi unus eſt ex ſacrarꝝ ſcripturarū teſtimonio, & hic ē firmiſsimus locus argumētādi. Alter eſt ex ſacrorū cōciliorꝝ generalium, uel prouincialiū traditione. Tertius eſt ex ſanctorum, & ueterum Patrum eccleſię, ſententia. Iſti omnes ſunt propríe loci Theologici, quibus omnibus contendam demonſtrare, uniuerſos miniſtros eccleſiaſticos ex iure naturali & diuino teneri ad reſidentiam perſonalem in eccleſijs à quibus temporalia ſtipēdia deſumūt. Poſtremo addemus & rationes humanas, qui locus arguēdi nō eſt alienus ab hac diſciplina, ſed ne diu uagemur, Primum oſtendamus, unde uim habeant quæ nobis præcipiuntur, & an paſtores ſpirituales dignitate tantum nobis pręſint et imperio, an etiam munere et officio. Magna quidem res eſt reſidētia paſtoralis et grata omnibus eſſe debet & iocunda certe populo chriſtiano, quandoquidē ex ea omnis inſtaurandæ eccleſiæ ratio,

oĩs reſtituẽdę religionis modus leges, inſtituta, mores, ueterem chriſtianã ueranq́ diſciplinã reuocandi facultas pẽdeat atq́ proficiſcat: quę cum ita ſint, & tanti referant, ſilere nõ licet, neq́ in tanto religionis noſtræ diſcrimine tantoq́ aĩarum cõmuni periculo cuiquam cõſulere potius, q̃ officio noſtro, & publicæ utilitati.

CAP. II. QVO EXPLICATVR PER *duo axiomata totus ſtatus pñtis controuerſiæ.*

EORVM ad quę legibus tenemur, quędam ſunt iure diuino prohibita uel p̃cepta, quæ nullam inſtitutionem habẽt à iure naturali, ut baptizari aq̃ et uſus aliorum ſacramentorum. Alia uero ſunt iure naturali prohibita, quæ nullam nouam inſtitutionem habẽt à iure diuino, ut furari, mœchari &c. Alia autem ab utroq́ iure prohibita ſunt, uel præcepta V. g. reuerenter tractare ſacramenta, mundum ſummere cœnam Dominicam, ne liceat uendere ſacram ueſtem, aut præbendã, quia ſacra res eſt. Hæc pẽdent ab utroq́ iure. Qui in iſtis offendit, omnia iura uiolat naturalia & diuina: quoniam hæc habent inſtitutionem à iure diuino (ab eo enim ſunt ſacramenta & miniſteria ſacra) ſi tamen dederis aliquid eſſe à Deo deſtinatũ ad ſacra, aut aſſumi inſtrumentum ad ſanctificandos homines (quod uocant ſacramẽta) iura naturalia prohi-

berit illa uendere, aut emere. Nec opus eſt noua aliqua prohibitione, aut lege diuina. Et eadem iura præcipiunt, ut iſtæc reuerenter tractentur. Huiuſ tertij generis ſunt, quæ nunc controuertuntur, de reſidentia miniſtrorum eccleſiaſticorum.

Futuros eſſe in eccleſia Epiſcopos, & paſtores alios inferiores iura diuina inſtituũt, et Apoſtoli tradiderunt. Actu. 20. Attẽdite uniuerſo gregi in quo ſpiritus ſanctus uos poſuit epiſcopos ad regẽdam eccleſiam Dei &c. 1. Timoth. 3. & Tit. 1. Et iura naturalia, & eadem diuina præcipiunt, ut faciant officia ſua. Ideo utriuſq; iuris uiolator eſt, qui ab illo ceſſat. Quo circa ſtatuatur. 1. concluſio quam inter orthodoxos indubitatã proceſſu operis demonſtrabimus.

Omnes miniſtri eccleſiaſtici præſertim Epiſcopi, & parochi ex iure naturali. & diuino tenentur non per mercenarios, ſed perſonaliter facere officia ſua. 1. Conclu.

Ex qua colligiť ſecunda concluſio æque certa.

2. Ex utroque iure tenentur Epiſcopi & parochi ad regularem & ordinariam reſidẽtiam, ſiue præſentiam corporalem in ſuis eccleſijs & diecœſibus. 2. Conclu.

Arbitror nõ eſſe diuerſa, re, teneri ad uſum officij, & ad reſidentiã perſonalẽ, ſed ſolo noĩe eſſe diuerſa. Qm̃ ad hoc nẽpe perſonaliter reſidere nemo teneť niſi pp illud. ſ. ut faciat officiũ ſuũ. Vnde ſiquid operis eſt, quod ponit abſens

eccleſiæ ſuæ facere, in eo non tenebitur eccleſię adeſſe, qa ceſſante cauſa, ceſſant & illa, quę ad eã conſequuntur. Quo circa eiſdem argumentis oſtendemus utranq; concluſionem.

Ad utriuſq; igitur euidentem demõſtrationem ſtatuamus iſta miniſteria & prælaturas eccleſiaſticas eſſe à Deo inſtituta, & ad hoc inſtituta, nempe ad certas actiones exercendas, ut patet ex Ioan. cum Chriſtus inſtituebat Petrũ primum & ſummum eccleſiæ paſtorem, non dixit ei, eſto Pontifex, ſed: paſce, guberna, rege oues meas, gregem meum, certam operationẽ mandauit, nempe paſcere, regere. & Num. 18. cum in lege inſtitueret dñs ſacerdotes: Aaroni & filijs ſuis tradit primitias pro officio ſacerdotali: filijs autem Leui iubet donari oẽs decimas pro miniſterio, quo ſeruiunt ei in tabernaculo fœderis. &. 1. Timoth. 3. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, opus dixit, non imperium, nõ dominationem, nõ dignitatem, quamuis ſit etiam præclara dignitas. & Aug. (explicans Paulũ) inqt, exponere uoluit Apoſtolus, quid ſit epiſcopatus, qa nomen eſt operis, non honoris. Epiſcopi ſunt ſuperintendentes &c. Et habetur. 8. q. 1. Qui epiſcopatũ. Ergo ſua inſtitutione tenentur ad præſcriptam operationẽ. Et Hierony. ad Oceanum explicans eiuſdem Apoſtoli uerba. Siquis epiſcopatum deſiderat &c. opus, non dignitatem, laborem, non delicias, opus, per quod humilitate decre-

Auguſtinus.

ſcat, nõ intumeſcat faſtigio &c. Idem ad Nepotianum. Epiſcopi ſacerdotes, ſciãt ſe miniſtros eſſe, nõ dominos. Et infra ſubdit. Recordemur ſemper quod Apoſtolus Petrus pręcepit ſacerdotibus. Paſcite.n. qui in uobis eſt gregem Domini: prouidentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundũ Domini præceptum habetur diſt. 95. eſto. Origen. in Eſaiam. Hom. 7. Qui uocatur ad epiſcopatum, non ad principatum uocatur, ſed ad ſeruitutem totius eccleſiæ. Si uis credere de ſcripturis quia ĩ eccleſia ſeruus ſit omnium, qui præeſt, ſuadeat tibi ipſe Saluator & Dñs, qui talis tantusq́; factus eſt in medio diſcipulorum, nõ quaſi diſcumbens, ſed quaſi miniſtrãs. Accipiens linteum poſtq́; exutus eſt ueſtimentis &c. Bernar. ad Eugenium papam epiſtola. 237. Si Chriſtus te miſit, æſtimabis tibi, non miniſtrari ſed miniſtrare ueniſſe, & miniſtrare, non ſolum ſubſtantiam, ſed ipſam quoq; animam, ſicut præfatus ſum &c. Huc facit canon ille eccleſiaſticus. Beneficium datur propter officium. Omne ergo miniſterium eccleſiaſticum inſtitutum eſt ad aliquam actionem hęc eſt ſtatus noſtri tam firma & certa probatio, ut ſi opus ſit etiam aduerſus omnes portas inferorum queat ſubſiſtere.

Origenes.

Bernardus.

CAPVT .III. QVO TESTIMONIIS *ueteris teſtamenti probatur neceſſaria reſidentia perſonalis miniſtrorum eccleſiæ.*

Primus locus ſcripturæ.

SED iam oſtendamus quod in principio promiſimus, nos oſtenſuros, teneri, ſcilicet paſtores, omni iure ad reſidentiam perſonalem, ac primum quid in ſacris literis inueniamus incipientes ab ſcripturis ueteris inſtrumenti.

Num. 18. Poſtquam Dominus ſub Moſe cõſtituerat miniſtros tabernaculi ſui Aaronē & filios eius addideratq́; eorum coadiutores Leuitas fratres ſuos, dixit uniuerſis. Excubate in cuſtodia ſanctuarij, & in miniſterio altaris, ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael &c. omnia quę ſanctificant̄ à filijs Iſrael tradidi tibi & filijs ſuis pro officio ſacerdotali legitima ſempiterna, filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſsionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis &c. Hæc Dominus ad Aaronem. Omnia in figura fiebant apud illos, inquit Paulus, & tabernaculũ illud nr̄æ eccleſię figura fuit ĩ Aarone et filijs, intellige paſtores maiores, nempe Romanũ cũ cæteris epis orbis. In filijs Leui adſumptis à Dño, ut miniſtrent maioribus miniſtris, nempe Aaroni & filijs ſuis, ĩtellige ĩferiores paſtores, quos olim uetus eccleſia uicarios, uel coadiutores epiſco-

porum uocabat. Vniuerſis igitur dixit Dñs. Excubate in cuſtodia eccleſiæ meæ, & in miniſterio altaris mei, ne oriatur indignatio ſup populũ meũ. Non dixit dominus, Ne oriatur indignatio mea ſuper uos dormientes aut ocioſos, abalienatos à miniſterio altaris mei, ſed ſup populũ meum, oſtendens puniturum peccata ſacerdotum in populo, nõ in illis tantum, quoniam populus particeps ſemper eſt delictorũ miniſtrorum: Vix caueri poteſt, ut corrupto ſacerdotum collegio, nõ corrumpatur & populus, iuxta illud: Qualis populus talis ſacerdos. Deinde ſi ceſſent ſacerdotes fungi ſuo officio, neceſſe eſt, indigneĩ Dominus ſuper Iſraelem, à quo ſemper offenditur, & niſi placetur interceſsione ſacerdotũ, ſæuitura eſt ira eius in populum. Modo certum eſt ſacerdotes in curijs Pontificum aut Cæſarum degentes, aut aliàs ſecularia negotia trãctantes, nõ poſſe excubare in cuſtodia eccleſiæ ſuæ, nec in miniſterio altaris ſui occupari. Si ergo id exigebat Dominus à Leuiticis miniſtris, quid exactũrum putas ab Euangelicis? quorũ iuſtitia abundare debet ſupra iuſtitiam ſcribarum, & Phariſæorum? Merito timeamus, ut hæc mala, quibus nunc premitur eccleſia, immiſerit Dominus propter ceſſationem, & ignauiam Paſtorum. deinde annota quòd cũ aſsignat Dominus mercedem temporalem ſuis miniſtris ſemper ſubiungit, hæc tradidi tibi pro officio

ſacerdotali & filijs leui dedi decimas pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo unde collige quod ſi ceſſent ibidem ſeruire, nō merentur mercedem eis aſsignatam.

Secundus locus ſcripturæ. Prouer. cap. 27. Secundo Salomon libro Prouerbiorum, inquit, diligēter cognoſce uultum pecoris tui, tuosq; greges cōſidera. nō enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur tibi in generatione & generationem. Hebræa uerſio ſic habet, cognoſcēdo cognoſces faciem pecoris tui, & pone cor tuum ad greges. Bona pars Doctorum eccleſiæ putat hæc dicta ad miniſtros eccleſiaſticos habētes curam aliquam animarum. Quid.n. lucidius potuit proponi, ut intelligeremus lege eſſe prohibitā abſentiam miniſtrorum ab ouibus ſuis? Si non ſatis eſt miniſtro de noīe tantum agnoſcere oues ſuas, ſed oportet (ut uidemus ex precepto Dominico) quòd de facie etiam uniuerſas & ſingulas agnoſcat, quæ uix poteſt facere preſens & in ſuo munere uigilantiſsimus epiſcopus, quomodo abſens poterit ſatisfacere huic præcepto ſpiritus ſancti? Minime gentiū. quod dixit hic Salomon ſpiritu Dei afflatus uiſa eſt aperte explicare æterna illa ſapiētia Chriſtus Ieſus, dicens: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Et paulo inferius. Et oues uocē paſtoris audiunt, & ſequuntur illū, quia ſciunt uocem eius, et paſtor proprias oues uocat nominatim, & deducit eas, & cum proprias oues *Ioan. 10.*

emiſerit

emiſerit ante eas uadit. hęc Chriſtus, hic paſtorum princeps & quiuis alius uerus paſtor cognoſcē do cognoſcit faciem pecoris ſui, ſuoſq; greges cõſiderat. Et quid obſecro eſt dicere: Bonus Paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis, niſi ꝙ iuxta hebræam uerſionem hic dicit. Pone cor tuũ ad greges, quæ uerba ſingularem quandã curam & inſignem ſui gregis dilectionem deſignant, de qua dilectione Ioãnes. In hoc cognouimus (inquit) charitatẽ Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Si pro fratribus quorũ non eſt peculiaris cura nobis, debemus uniuerſi animas ponere, quanto magis paſtores hoc ipſum facturi ſunt pro animabus illorum pro quibus reddituri ſunt rationẽ Dño in die iudicij? hic nihil exaggeramus, ſed tm̃ relinquimus ſola uerba ſpiritus ſancti prudenti lectori expendenda, & quid ſentiendum ſit de hac diuina ordinatione ipſe iudicet. *1. Epiſtolæ cap. 3.*

Tertio ꝓduco ex ueteri teſtamẽto Ezechi. prophetam ad quẽ ſic dicit Dñs. Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſe metipſos. Non'ne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, lanis operiebamini, qđ craſſum eſt occidebatis, & gregem meũ nõ paſcebatis. Quod infirmũ fuit non conſolidaſtis, quod ægrotum nõ ſanaſtis, quod confractum eſt, nõ cõnſolidaſtis, & quod abiectum eſt, nõ reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis, ſed *Tertius locus ſcripturæ. Ezechi. cap. 34.*

cum auſteritate imperabatis eis, & cũ potẽtia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factę ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in uniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſæ ſunt, et nõ erat, qui requireret &c. quo loco audi Grego. in Paſtora. parte. 1. cap. 6. Abiectum reducitur, cum quis in culpa lapſus ad ſtatum iuſtitiæ ex paſtoralis ſolicitudinis uigore reuocatur, fracturam uero ligamen aſtringit, cũ culpam diſciplina deprimit, ne plaga uſq; ad interitũ defluat, ſi hanc diſtrictionis ſeueritas non coartãt, ſed ſæpe deterius frangitur, cum fractura incaute colligatur, ita ut grauius ſciſſuram ſentiat, ſi hãc ĩmoderatius ligamenta cõſtringant. hactenus Grego. Nõ uideo quid explicatius poſsit dici. Hic opus eſt non argumentatione aliqua, ſed attentione ſola & fide. Si ad hæc uerba attendamus et credamus, quod ex ore dñi prodierint, & ab ſpiritu dñi proponantur, quis negabit teneri paſtores ad perpetuam reſidentiam in ſuis eccleſijs? Si hæc requirenda ſunt à paſtoribus, ſi ea cura, ea ſolicitudo, ut quod ægrotũ eſt in aĩabus fidelium contendant ſanare, quod confractum eſt, alligare, quod abiectũ eſt, reducere, & quod perierit ex numero fideliũ reuocare, uiderint illi, ſi hæc abſentes & ignorantes ouiũ ſuarum quas abſentes cognoſcerę minime potuerunt, pręſtare poterunt. Quod ſi poſſunt,

dicant ſe nullo iure obligari, ut inter oues ſuas ſint frequentes, & familiariter conuerſentur. Quod ſi non poſſunt (ut uerum eſt) relinquant aulas, & ueniant ad caulas ouium ſuarum, & curã earũ agant. Obſerua lector uerba illa Dñi. Diſperſę ſunt oues meæ, & factæ ſunt in deuorationem beſtiarum agri, eo quod non ſit paſtor. Quid eſt dictu non eſſe paſtorem aliquem in Iſrael? Si nullus erat paſtor, quid eſt, quod Dominus dicit ad prophetam. Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael. Et propheta clamat. Væ paſtoribus Iſrael, & ſi ueri paſtores erant in Iſrael quid dicit, eo quod non ſit paſtor? Certum eſt dixiſſe dominum, non eſſe paſtores in Iſrael, quia perinde eſt, abſentes eſſe paſtores, aut ocioſos, nec exercentes officia ſua, quod non eſſe paſtores. Quid enim confert eſſe paſtorem, ſi nihil agat? Huic ueritati prætexunt aliqui, & cauſantur, quod ſint iuſto occupati in negotijs & officijs publicis, quorum recta & bona adminiſtratio eſt eccleſiæ maxime neceſſaria, & ideo per uiros probos & doctos exercenda. Hac excuſatione puto grauari magis peccatum eorum, quoniam ſtipendijs eccleſiaſticis obeunt prophana munera. Sed & quamuis neceſſe ſit, publica illa officia ꝑ tales uiros adminiſtrari, non tamen hæc tam neceſſaria, & tam ſacroſancta munera erant propter illa deferenda, ſed econtra, illa alijs deleganda, ut hæc poſſent per 10

idoneos miniſtros rite diſpenſari, ſicut fecerũt Apoſtoli, de quorum̃ ſucceſsione Epi uere glo- riantur. Qui cũ œconomiam exercerẽt, & curam pauperum haberent, uidentes quod mini me poſſent utriq; officio pro ſua neceſsitate ſatisfacere, abdicarunt ſeſe ab officio ſuo ciuili, & reſeruarunt ſolũ eccleſiaſticum, elegerunt Diaconos ſiue œconomos, qui œconomiam exercerent, ut ipſi Apoſtoli prædicationi & orationi uacarẽt. Qua in re obſeruandũ eſt, q̃ longe ab Apoſtolis diſtent noſtri paſtores. Nam Apoſtoli retinuerunt id officium, quod uere Apoſtolicũ erat, purã adminiſtrationẽ euangelij. At, noſtri paſtores abdicato alijsq; delegato prædicandi euãgelij, officio, retinuerũt ſibi ciuilia & prophana miniſteria. Vtinam ad mẽſas & curam pauperum, quam reliquerunt Apoſtoli, iſti redijſent.

Quartus locus ſcripturæ. Zacha. cap. 11. Præterea quarto ſunt uerba Dñi ad Zachariam prophetã dicentis. Ad huc ſumme tibi uaſa paſtoris ſtulti, quia ecce ego ſuſcito paſtorẽ in terra, q dereli&ta nõ uiſitabit, diſperſum non quæret, & contritum nõ ſanabit, & carnes pinguium comedet. O paſtor & idolum derelinquens gregem gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculũ dextrum eius. Brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur. Hęc dicit Dñs. Vide q̃ graphice depingantur nũnulli Paſtores huius noſtræ tempeſtatis, qui habent quidẽ uaſa paſto-

ralia, peram, baculum, & mitram, & lana, & lacte ouium fruuntur: gregē tamē eis cōmiſſum non paſcunt: Hos appellat ſpiritus Dn̄i, paſtores & idola: Paſtores quidē, propter authoritatem Ep̄alē, quam etiam mali paſtores retinent: idola, propter repręſentationem eius rei, quā uere nō habent, ſed mortuam illius imaginem. ſaxit Chriſtus, ne uideamus & reliqua, quæ ſpiritus ſanctus cōminatur Ep̄is derelinquētibus gregem ſibi commiſſum, nempe gladium ſuper brachium eorum, hoc eſt, ſuper potētiam eorū temporalē, ſicut iam ab Aquilone deſcendebat, diſſecans, & perdens eccleſiaſticam poteſtatē, niſi dominus eccleſię ſuæ miſertus, per Carolum Cęſarem huic gladio occurriſſet, qui in fortitudine brachij ſui, aduerſariorum eccleſiæ comminuit hoc anno potentiam.

Per oculum dextrū intellige rectitudinēm iudicij, prouidētiam, ſolicitudinem, in agēdis, intelligētiam legis, & myſteriorum eius. Hunc minatur excæcandum Dn̄s paſtoribus ſtultis, qui derelinquunt gregem, cōtra quos ſpiritus Domini adhuc clamat per Hiere. Sacerdotes *Hiere. 2.* non dixerunt populo meo, ubi eſt Dominus, & tenentes legē neſcierunt me: Et paſtores pręuaricati ſunt in me. Hoc ipſum uiſus eſt dixiſſe Hiero. cū ſcriberet ad Heliodorū. Nō oēs ep̄i, ep̄i ſunt, qm̄ ep̄s græce inſpector eſt ſiue curator. Hinc falsò dicunt̄ epiſcopi, qui ſibi uiuūt, non gregi, ſed de noībus, ſuus poſt erit locus.

Duo ſunt hoc loco, quæ meo iudicio euidenter demonſtrant immane delictũ reputari apud Deum abſentiam epiſcoporum à ſuo grege. Primum eſt, quia eiuſmodi epiſcopos derelinquentes greges, uocat ſpiritus Domini paſtores et idola. Alterum eſt ſeuera illa pœnæ interminatio. Brachium eius ariditate ſiccabitur. Quibus malis non ſolet cõminari Dominus, niſi ubi eſt inſigniter offenſus. quæ duo lectori expendenda relinquo.

Quĩtus locus ſcripturæ. *Num. 27.* Item lib. Nume. Moſes cui iam ſignificata erat mors ſua, de paſtore ſui loco ordinando ſic dominũ allocutus eſt: Prouideat dominus deus hominem, qui ſit ſuper multitudinẽ hãc, & poſsit exire & intrare ante eos, & educere eos, uel introducere, ne ſit populus Domini ſicut oues abſq; paſtore. Quibus uerbis aperte Moſes declarauit officia epiſcoporum, quæ (ut uides) neceſſario requirunt præſentiam perſonalem eorundem. *Eſai. 40.* confirmat hoc Eſai. enuncians aduentum filij Dei in carne, deſcribitq; illum paſtorem, & in eo declarat munus ſpirituale paſtorum, dicens: Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſigno ſuo leuabit: fœtas ipſe portabit. Diligentius adhuc hæc duo loca conſiderarem atque tractarem, niſi haberemus alia loca multo manifeſtiora, quibus collatis & iſta liquidius manifeſtantur, & ſi iſta non eſſent, illa ſufficerent.

CAPVT IIII. QVO TESTIMONIIS *euangelicis probatur reſidentiā perſonalem mini ſtrorum eccleſiæ eſſe de Iure diuino.*

MATTH. 10. quādo miſit Chriſtus duodecim Apoſtolos per ciuitates Iſraelis prędicare euangeliū, cū prȩfatus fuiſſet. Meſsis quidem multa, operarij uero pauci, rogate Dn̄m meſsis ut mittat operarios in meſſem ſuam &c. Sed hæc obiter annotemus, quia non dixit Chriſtus ſacerdotes pauci: doctores pauci, ſed operarij pauci: quia ſemper orbis habuit ſacerdotum et doctorum numeroſam multitudinem, operarios uero, qui ſacerdotum & epiſcoporum officio recte fungerentur, ſemper habuit paucos. Hæc igitur præfatus primo ordinauit ut gratis adminiſtrarent munera illa cœleſtia, tantum permiſit, ut operantes apud illos ſalutem æternā quȩ ad uitā naturalem ſeruandam erant neceſſaria, deſumerent, dicēs. Edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt, qm̄ dignus eſt operarius cibo ſuo. Theophi. hoc eſt à diſcipulis paſcemini, debebūt enim hoc uobis ut opar ijs. Dixit aūt cibo: nō luxu, neq̃.n. delitiari oportet doctorē. Hȩc Theophi. Expendamus uocem illam, operarius: Qui nō eſt operarius, nō eſt dignus cibū deſumere, nec illi debet aliqua merces in eccleſia: Sed q̧ nō ſunt in diecœſi ſua. nō poſſunt i ea opari, ergo abſentes nō poſſūt

Sextus locus ſcripturæ.
Math. 10.

iure accipere mercedem aliquam, cum nõ ſint operarij. Hoc idẽ præſcripſit Chriſtus ſeptuagintaduobus diſcipulis. Luc.10. Dicẽs: Comedite, & bibite, quæ uobis apponuntur, dignus eſt operarius mercede ſua. Theophi. Pro mercede autem habete cibum, & ne quęratis et paſci, & mercedẽ inſuper accipere, ſed cibum pro mercede habetote. Soli ergo operarij ſuſcipiũt ex inſtitutione euãgelica mercedem in eccleſiã. Chryſoſt. ſuper Math. cap. 10. Expendamus utranq; uocẽ, operarius, & mercede ſua: Mercedem appellat, ut rem debitam dari ſibi oſtenderet. Dignus eſt oparius cibo ſuo dixit Chriſtus, ne Apoſtoli plus aliquid quærant. Confirmatur hoc ex uerbis Pauli in.2.ad Timot. 2. Sollicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo, operariũ inconfuſibilẽ, recte tractantem uerbũ ueritatis. Quo loco Paulus inſtruit epiſcopum & pręcipit ut ſe exhibeat operariũ inconfuſibilem. Secundo confirmatur hoc ex eodẽ Paulo. 1. Timot. 5. Qui bene pręſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit.n. ſcriptura: Dignus eſt operarius mercede ſua, & nõ alligabis os boui trituranti. Obſerua uerba Pauli, docet duplici ſtipendio dignos preſbyteros, ſed eos tantum, qui bene pręſunt, & eos, qui laborant in uerbo & doctrina, quod probat per ſcripturã, quæ iubet, ne infrenetur bos triturans. Vnde ocioſus bos poterat infrenari.

Ergo & miniſter ocioſus & abſens poteſt infrę nari, ne paſcatur ex fructibus eccleſiæ. Igitur ſi uelint paſci, & fructus deſumere, tenentur laborare triturando meſſem Chriſti, quod abſentes facere nō poſſunt. Ergo quatenus tenentur ad actionem miniſterij & laborem, eatenus tenentur ad præſentiam regularem in eccleſijs ſuis. Chryſoſ. 1. Timot. 5. Duo adducit Apoſtolus teſtimonia primum ex lege Deut. 25. Non alligabis &c. Alterū ex Chryſo. Dignus eſt operarius &c. & ambo ſibi conſentiunt, uult Dñs laborare doctorē. Itaq; ſiquis delicatus eſt, aut remiſſus fuerit, dignus profecto non eſt. Niſi quis fuerit bos triturans, & per gelu, & ſpinas iugum ſuſtinens, traxerit, dignus non eſt. Ergo eccleſię præſides (audenter dixerim) nihil pręter uictum, & ueſtitum habere oportet, ne ad iſta terrena trahantur deſiderio. Audi quid addit. Qui bene præſunt &c. Quid eſt bene præeſſe? Audi Chriſtum. Bonus paſtor aīam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Hæc Chryſoſt.

Septimus locus ſcripturæ. Ioan. 10. Conſulat lector B. Cyrillum in Ioa. lib. 7. cap. 5.

Ioannis. 10. Chriſtus deſcribit conditiones boni paſtoris, dicens. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, & oues uocē eius audiūt, & proprias oues uocat nominatim, & educit eas, & cum proprias oues emiſerit, ante eas uadit, & ſequuntur illum, quia ſciūt uocem eius. Alienū autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbiū dixit Ieſus &c. Nolo propo-

nere efficacius argumentum quàm nuda hęc & ſimplicia uerba Chriſti, oculis legentium ſubijcere. Conſiderent hæc, qui paſtores ſe profitentur in eccleſia, & intelligant, quæ ſint, quæ requirit Deus in paſtoribus, & ſi ualent hæc præſtare uel ocioſi uel abſentes, uel ſecularibus negocijs implicati. Ego ad tribunal ſuarum conſcientiarum prouoco. Tantum allegabo, quæ Chriſtus ibidem de ſe ſubijciat dicens. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis: mercenarius autem, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, et cognoſcunt me meæ. Hactenus princeps paſtorum Chriſtus Ieſus per hæc allegata, & probata ipſius dei teſtimonio ferant in hac cauſa ſententiam ſi uelint etiam ipſi aduerſarij, libens aſtabo ad tribunal ſuarum cõſcientiarum: ſed primo audient uerba illa Chriſti: bonus paſtor proprias oues uocat nominatim, & educit eas, & cum proprias oues emiſerit, ante eas uadit. quibus auditis condemnent meam ſententiam ſi poſſunt. o tempora, in quibus iam bona pars epiſcoporum non putet ſui eſſe muneris uel reſidere apud eccleſias ſuas, uel ullam paſtoralis

functionis partem per ſe illis præſtare: cúmque epiſcopi eo degenerarint cæteris prælatis, ut idem facerent licentiã dederunt, & hinc uentũ eſt ad præſentes eccleſiæ calamitates & ærũnas. Theophilactus in Ioannem. Hoc loco agnoſces differentiam paſtoris & mercenarij. Nám mercenarius quidẽ neſcit oues, quod contingit, quia non ſæpe illas inuiſit: nam ſi ſæpe inuiſeret cognoſceret illas, ac paſtor qualis Chriſtus cognoſcit ſuas oues, quia curam illarum agit, & rurſus cognoſcitur ab illis, quas uiſitatione dignatur, & propter conſuetudinem agnoſcentium ſuum curatorem. Obſerua quid interſit inter mercenarium & paſtorem. Ille ſi lupum uidet uenientem, fugit, quia non pertinet ad eum de ouibus. Iſte uero ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Et quot exempla nobis exhibent huius doctrinæ præſentia hæc deploranda ſecula? Quid perdidit totam ferè Germaniam, niſi ocium & abſentia paſtorum? Volentes eſſe principes ſeculares, deſierunt eſſe paſtores. Venerunt lupi in ſtabulum ouium, non inuentis paſtoribus rapuerunt, & aberrare fecerunt oues, ſicut nunc miſere per uarias hæreſes & ſectas aberrant. Quæ mala flebat olim Dominus p Hiere. cap. 50. Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntq; uagari in montibus, de monte in collẽ tranſierũt, obliti ſunt cubilis ſui. Quid abalienauit à tota

Theophilactus.

eccleſia Angliam, niſi quod uix unus paſtor inuentus eſt: qui poneret animam ſuã pro ouibus ſuis? Et cum hæc ſint luce meridiana lucidiora, ſunt non rari paſtores, qui ſibi perſuadẽt ſe nullo iure teneri, ut ſint cum ouibus ſuis, niſi conſtitutione quadam Pontificia: non autem conſtringi lege aliqua diuina, aut naturali. Hoc

Theophilactus. loco idem Theophi inquit: Hinc differentiam mercenarij & paſtoris elicies. Nã mercenarius ignorat oues, quia raro uiſitat eas, paſtor uero cognoſcit oues proprias, tanq̃ erga eas ſolicitus.

Chryſoſtomus. Item Chryſo. ſuper Ioan. 10. hom. 59. explicans uerba Dñi: Ego ſum paſtor bonus, ita ſcribit. Magnũ quiddã dilectiſsimi magnũ inquã eſt eccleſiæ prælatio, & quæ multa indiget ſapientia & fortitudine qualem Chriſtus propoſuit, ut nunq̃ oues deſeramus: lupo generoſe reſiſtamus. Hæc enim inter paſtorem, & mercenarium differentia. Alter propriæ cõtẽptis ouibus, alter ſua contempta, ouium ſemper ſaluti inuigilat. Et hoc ipſum ex teſtimonio Ezechielis cõfirmat. c. 34. Vę paſtoribus Iſrael &c.

Dilutio obiectionis cuiuſdam. Quidam uoluit infirmare argumentũ acceptum ab hoc loco dicens uerba huius capitis pertinere ad ſolum Chriſtum, nec ad alium paſtorem poſſe accõmodari, ac proinde aiebãt, quæ in eo capite dicuntur, non eſſe requirenda ab alio paſtore eccleſiaſtico, nec ex his ſumendum argumẽtum, ut probaretur reſidentia ex iure diuino. Sed q̃ ſint hæc uolũtarie dicta, pa-

tet. Primo, idē Apoſtolus qui ex perſona Chri recenſuit, quę hoc capite annotantur, ſcripſit in epiſtola ſua prima (et forſan arguēs ex his, quę ſcripſerat in hiſtoria euangelica) In hoc cognouimus charitatem dei, qm̄ ille animā ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, hic Ioannes ex facto Chriſti arguit, quid nos debeamus facere, ad hunc modum ex his quæ hoc loco dixit Chriſtus de ſe, proponens ſeipſum exemplar à nobis imitandum, arguere debemus, quę ſint, quę ille requirat à reliquis paſtoribus eccleſiaſticis, quod & ante nos fecerunt omnes patres eccleſię: Auguſtinus ī epiſtola ad Honoratū arguit, quòd inſtante aliqua perſecutione oūiū epiſcopus non poteſt fugere, quia exēplo Dn̄i tenetur bonus paſtor, ponere animam pro ouibus ſuis, ſimile quid collegit ubi ait. de uerbis Dn̄i Serm. 50. paſtor bonus Chr̄s, quid Petrus, nònne bonus Paſtor? nònne & ipſe animā ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus: Quid cæteri Apoſtoli: Quid eorum tempora conſequentes beati epiſcopi Martyres? Quid etiā iſte ſanctus Cyprianus: Nònne oēs paſtores boni? Nō mercenarij de quibus dicitur. Amen dico uobis perceperunt mercedē ſuam? Omnes ergo iſti paſtores boni, non ſolum quia ſanguinem fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderūt. Idem alibi citatus in cathena. Si autē prępoſiti eccleſiæ, qui filij ſunt, paſtores ſunt, quomodo unus paſtor eſt, niſi

Auguſtinus ſuper Ioan.

quia ſunt illi omnes unius membra paſtoris, & quidem qui paſtor eſt, dedit hoc membris ſuis. Nã & Petrus paſtor & cæteri Apoſtoli paſtores, & omnes boni epiſcopi. Vides lector ſecũ dum Auguſtinum uerba huius capitis, non ad ſolum Chriſtum pertinere. Eadẽ & fuſius annotauit B. Cyrillus in Ioannẽ, cuius uerba infra recenſebo. Deinde Chriſtus hoc loco diſtinguit inter mercenariũ, & paſtorẽ, & generaliter notat ſigna quibus iſte diſtinguit̃ ab illo, et unũ eſt hoc, quia bonus paſtor ponit animam ſuã pro ouibus ſuis, nec fugit ueniente lupo, quod facit mercenarius. igitur non de ſolo xp̃o accipienda ſunt, quæ hoc capite docentur, ſed ab illo ad reliquos paſtores transferenda, & ab eis requirenda.

Lib. 7. cap. 3.

Octauus locus ſcripturæ.
Ioan. 21.
Conſulendus Chriſoſt. in oratione de Beato Philogonio et de ſacerdotio lib. 2. in princi.

Octauo arguit̃ ex uerbis Dñi ad Petrũ, uolens Dñs aſcẽſurus ad patrem Vicarium in terris inſtituere & Petrum uniuerſę eccleſiæ paſtorem p̃ficere dixit illi, Simon Ioannis diligis me plus his? dixit ei, etiã domine, tu ſcis quia amo te. Dixit ei. Paſce agnos meos. dixit ei iterũ Simon diligis me? ait illi etiam domine, tu ſcis q̃a amo te. Dicit ei iterum. Paſce agnos meos. Dixit ei tertio. Petre amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me, & dixit ei, Domnie tu omnia noſti, tu ſcis, q̃a amo te. Dixit ei. Paſce oues meas. Hoc loco ſolo ſcripturarum contendit. Caie. Cardinalis demonſtrare certũ & euidens epiſcopos uniuerſos teneri

ex præcepto iuris diuini ad reſidentiam perſo nalem, & uere locus hic eſt, meo quidem iudicio efficaciſsimus, qa uerba illa tertio repetita, Paſce oues meas, ſunt uera et abſolutũ Dñi prę ceptũ, qbus aperte præcipit miniſteriũ paſcẽdi & regẽdi oues Dominicas ijs qui hanc curã ſuſceperint, qđ exerceri nulla ratione poteſt niſi adſit eps præſens. Quoniã miniſterium paſcendi implicat multa, quæ neceſſario requirũt pręſentiam perſonalem, ut locupletiſsime explicauit Card. Caietañ, & nos fuſius infra adnotabimus. Sic intellexerunt hunc locum fermè omnes Patres eccleſiæ, quorũ primo loco produco, Bernardũ, qui ſuper cantica ſermo. 76. Sic ait. Non ocioſe toties repetitũ eſt, Petre amas me, in commiſsione ouium, & ego quidem id ſignificatum perinde puto, ac ſi illi dixiſſet Ieſus, Niſi teſtimonium tibi perhibente conſcientia quòd me ames, & ualde perfectéque ames, hoc eſt, pluſquam tua, pluſquam tuos, pluſquam & te, ut huius repetitionis meæ numerus impleatur, nequaquam ſuſcipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro qbus ſanguis utiq; meus effuſus eſt. Terribilis ſermo, & q poſsit etiã impauida quorũuis tyrannorũ corda concutere. Propterea attendite uobis quicunq; opus miniſterij huius ſortiti eſtis. Attendite inquã uobis & pretioſo depoſito, quod uobis creditum eſt. Ciuitas eſt, uigilate ad cuſtodiam, ſponſa eſt, ſtudete ornatui

Bernardus.

oues ſunt, intendite paſtui, & hæc tria ad illam Domini trinam ſciſcitationē forte non incongrue pertinere dicent. Porrò cuſtodia ciuitatis ut ſit ſufficiens triſaria erit, à ui tyrãnoꝝ, à fraude hæreticorum, à tentationibus dæmonum. Sponſæ uero ornatus in bonis operibus & moribus & ordinibus. Ac paſtus ouium communiter quidem in paſcuis ſcripturarum tanq̃ in hæreditate domini, ſed eſt diſtinctio in illis. Nam ſunt mandata quæ duris atq; carnalibus animis imponuntur ex lege uitæ, & diſciplinę: Et ſunt olera diſpenſationum, quæ infirmis & puſillis corde de reſpectu miſericordiæ apponuntur. Et ſunt conſilioꝝ ſolida fortiaq́;, quæ ex intimis ſapientiæ proponuntur ſanis & qui exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Paruulis nanq; tanq̃ agniculis adhortationis lac, potus datur, nō eſca. Ad hæc boni ſolicitiq; paſtores īpinguare pecus non ceſſant bonis lętisq; exemplis & ſuis magis q̃ alienis, nam ſi alienis & non ſuis ignominia eſt illis, & pecus ita non proficit. Si.n. (uerbi cauſa) ego qui uideor inter uos paſtoris gerere curam, uobis appoſuero Moyſi manſuetudinem, patientiam Iob, miſericordiam Samuelis, Dauid ſanctitatem, & ſiqua ſunt eiuſmodi exempla bonorum, immitis ipſe, & impatiens atq; immiſericors, et minime ſāctus, ſermo, ut uereor, minus ſapide eueniet, & uos minus auide capietis. Verum hoc ſupernę pietati relinquo, ut

quod

quod minus uobis ex nobis eſt ipſa ſuppleat,& quod perperam ipſa corrigat. Nūc uero bonus paſtor hoc quoq; curabit, ut ſecundum euangelium inueniatur habere ſal in ſemetipſo, ſciens quia ſermo ſale conditus quantum placuerit ad gratiam,tantū proderit ad ſalutem. Hęc interim de cuſtodia ciuitatis atq; ornatu ſponſæ,necnon & paſtu ouiū dicta ſint.Hæc Bernardus. Audis candide lector teſtem omni exceptione, maiorē qui perſpicue & plene confirmat ſententiam noſtram.quid poteſt ad hæc reſpōderi,niſi negetur tanti doctoris authoritas?ſed audi rurſus eundē.

Itē ſermone ſecundo de reſurrectione Chriſti, ſic ait. Petrus mandatum accepit tertio paſcere gregem domini. Paſce,inquit,mente:Paſce ore: Paſce opere:Paſce animi oratione, uerbi exhortatione,exempli exhibitione: Itē Alcuinus eiuſdem uocis ſignificationem explicat: dicens:Paſcere oues eſt,credentes in Chriſto ne à fide deficiant cōfortare, terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt,ſubditis prouidere,& exempla uirtutum cū uerbo prædicationis impendere, aduerſarijs obſiſtere, errantes ſubditos corrigere.Hæc Alcuinus.

Non ab re erit inter tot antiquorum patrum teſtimonia etiam Eraſmi uerba afferre quæ maxime conferre uidentur,etiam ſi eius uiri authoritas nō ſit nobis argumentum. Hic igitur hunc locum non indiligenter annotauit in confuſionem aduerſariorum noſtrorū ī annotationibus ſuper Ioannem ibi: Paſce agnos meos. Cuius 17

annotatio ſic habet. Qui ex loco gloriantur ſibi commiſſum gregem Domini eos primum oportet meminiſſe à Petro ter exactum amorem erga Chriſtum, neq; quemlibet amorem, ſed ardentiorem cæteris: Deinde ter item commiſſam illi curam gregis. Illud nimirum ſignificatum eſt, non eſſe idoneum ſacerdotio, niſi qui neglectis omnibus nihil amet, niſi Chriſtũ, hoc eſt, ueritatem, innocentiam, pietatem. Ad hæc nihil huic antiquius eſſe debere quàm incolumitatem gregis ſibi crediti. Proinde quæſo, quid frontis eſt iſtis quibuſdam, qui prophanis, immò ſceleratis principum obſequijs, qui pecunijs huc penetrant, qui ſacerdotium nihil aliud q̃ quæſtum ac tyrannidem eſſe putãt? Nec meminerunt q̃ attente quibusq; legibus Chriſtus ſuas oues Petro commiſerit. Nec cõmiſerit deuorandas, ſed paſcendas exemplo piæ uitæ: Paſcendas euangelicæ doctrinæ pabulo; ſiue lac deſiderabunt, ſiue ſolidum cibum: Paſcendas etiam opum ſubſidio, ſi res ita popoſcerit, hæc citatus author quę nec incongrue, nec falsò hoc tempore annotata uidentur.

Nonus locus ſcripturæ. Nono, eſt locus non inefficax in actis Apoſtolicis ubi eſt oratio Pauli ad Presbyteros Epheſios exhortatoria, qua hortatur, ut officio ſuo diligenter fungantur. Qui aſcendens Hieroſolymam, trãſiens Macedoniam accerſiuit Preſbyteros Epheſiorum, quos ſic allocutus eſt.

Act. 20. Conteſtor uos hodierna die, quòd mundus

ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi quominus annunciarem omne conſilium Dei uobis. quo loco Gregorius libro epiſtolarum. 1. epiſtola. 33. ſic ait. Mundus à ſanguine eorum nō eſſet, ſi eiſdem conſilium annunciare noluiſſet, quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo paſtor occidit. hac igitur conſideratione compulſus uelis nolis locutus ſum, quia omni uirtute aut te cupio ſaluari, aut de tua morte me eripi. Poſtquam hæc Paulus præfatus eſt, ſubiungit. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ex uobis ſurgent uiri loquentes perverſa ut adducant diſcipulos poſt ſe, propter quod uigilate, memoria retinentes quoniam per triennium die ac nocte non ceſſaui cum lachrymis monere unumquemque ueſtrum &c. Si uerba Pauli attēte conſideres, uidebis, quibus rationibus oſtendat, cur presbyteri Epheſij debebant ſuo miniſterio diligenter fungi.

Primo quia (inquit Paulus) tota eccleſię cura iam in uos ſolos incumbet, et ſiquid negligatur, uobis ſolis culpa impigi poteſt, & debet. 1. Rat.oi

Secundo, quia ſpiritus ſanctus poſuit uos epiſcopos ad regēdam eccleſiam Dei, proinde, ſi fueritis ignaui neglectores, non in homines, ſed in Deum peccabitis: nec hominis, ſed ſpiritus ſancti mandatum uiolatis. 2. Ratio.

3. Ratio. Tertio, quia Ieſus Chriſtus qui eſt Dominus Deus noſter, acquiſiuit eccleſiam, cuius ipſi epiſcopi, ſpeculatores, curatores, doctores ſunt, nõ uili, ſed incomparabili pretio, uidelicet, nõ auro, argento, non deniq; ullis terrenis diuitijs, ſed ſuo ipſius ſanguine.

4. Ratio. Quarto, ſumit rationem à periculo, dicens; Ego ſcio, quòd intrabunt poſt diſceſſum meum lupi rapaces in uos nõ parcentes gregi &c. quò uos oportet eſſe magis attentos, et uigilantes ſuper gregem Dominicũ, quia bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.

5. Ratio. Quinto, ſumit rationẽ ab exemplo, dicens: Memores eſtote, ꝙ ꝑ trienniũ nocte & die &c. Monet Paulus presbyteros, ut ſui excẽpli meminerint, & quemadmodũ ipſe etiã cũ lachrymis toto triennio ſingulorum ſalutem curauerit: Ita æquum eſt, ut illi multo maiori ſolicitudine miniſterium ſuũ urgeant, quando maiora pericula inſtant. Hæc Paulus ad Epiſcopos Epheſios.

Rogo te lector, quis tãta ſolicitudine curabit ſalutem ouium ſuarũ, aut tam diligenter defungetur hoc ſacro miniſterio abſens? Quid putas dixiſſet Paulus, ſi Epiſcopus aliquis Epheſius aſtans reſpondiſſet Paulo, ero quidem paſtor, & epiſcopus, & curabo ſalutẽ harũ ouiũ mihi cõmiſſarum, ſed interim oportet me ꝑ aliquot annos manere Romę, & in aula Cæſaris uerſari, & defungi munere quodã, honeſto quidẽ illo, ſed Cæſareo. paſcetur uero grex Chriſti per ſuppo

Cõfluebãt & eo tẽpe Romã ex orbe uniuerſo cuiuſuis ordinis uiri ſicut & nunc.

ſitum quendam paſtorem. Nec tamē ponā ego gregis Chriſti curam, nam è Roma per literas cu rabo multa, & cū uacauerit, interim etiam ipſe ui ſam gregē mihi cōmiſſum per dies aliquot. Nō ne ſic abundè ſatisfecero de mandato mihi mu neri? Quid inquam putas reſpōſurum Paulum? Credo neminem fugit, quid Paulus fuiſſet dictu rus, ad hæc tam noua & inaudita uerba. hoc ip ſum puto, eum & nunc reſpōdere multis apud tribunal Chriſti iudicis.

CAPVT QVINTVM, QVO TESTI- *monijs Apoſtolicis oſtenditur de iure naturali & diuino eſſe neceſſariam reſidentiam paſtorum eccleſiaſticorum.*

PAVLVS 1. Cor. 9. diſputat quā poteſtatem habeant miniſtri eccleſiaſtici deſumēdi, ſiue metēdi carnalia ab eccleſijs fidelium, ubi duplici ordine argumentorum probat ſolum licere illjs manducare, & bibere, ſiue uiuere ex miniſterio eccleſiaſtico.

Decimus locus ſcripturæ.

Paulus 1. Cor. 9.

Primo id aſtruit argumentis dumtaxat humanis, dicens. Quis militat ſuis ſtipendijs unq̄? Quis plantat uineam, & de fructu eius non comedit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat? Si obſerues Apoſtoli uerba, uidebis, quod tm̄ militantibus, plantantibus, paſcētibus gregem Dominicum concedit ius percipiendi fructus temporales. Cum igitur iſtas actiones

Cōſulat lector Aug. libro. 2. de ſermone Dñi ī monte, in hæc uerba, nec corpori ueſtro quid induatur.

non poſsint facere niſi præſentes, conſequitur miniſtros teneri ad pręſentiam corporalem, quã ſola poſſunt implere miniſteria ſua.

Deut. 25. Secundo arguit ex lege Moſis. Scriptum eſt, Non alligabis os boui trituranti. Quæ uerba exponens quidam haud obſcurus Doctor, ſic ait. Annotandus hic locus his, qui tantis clamoribus tantaq; tyrannide decimas & pluſquam decimas extorquent à pauperrimis quoq; laicis, nec intelligunt legem uetare, ne quis obliget os boui, ſed trituranti, hoc eſt, docenti, monenti, exhortanti, ſacrificanti, ac cæteris ſacerdotalibus officijs fungenti. Quid autem hoc ad iſtos quoſdam, qui non ſolum in ocio, ſed in ſardanapalicis delicijs uitam omnem tranſigunt? Hæc ille, audi nunc Paulum. Quæ

Deut. 25. propter nos miniſtros euangelij ſcripta ſunt, non propter boues, quorum Deus non habet tam peculiarem curam. Si nos uobis ſpiritualia ſeminamus, magnũ eſt ſi carnalia metamus? Qui in ſacrario operanť, quæ de ſacrario ſunt, edunt. Et qui altario deſeruiunt, cum altario percipiant. Ita & Dominus ordinauit ijs, qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. quæ uerba explicãs Bernardus in declamatione. Ecce nos reliquimus omnia, ſic ait. Viuat, inquit, de altario & iuxta Apoſtolum alimenta, & quibus tegatur habens his contentus ſit, uiuat, non ſuperbiat, non luxurietur, denique non

ditetur, nec ex clericatu ditior fiat. Hæc Bernar. Huius uocis emphaſim annotauit & Theophilactus, & ante hūc Chryſoſtomus. Non enim, ait, ſacerdotes, ſed qui aſsident altario, ut intelligamus aſsiduum cultum ſacrorum. at hodie nulli ferè magis abſunt ab altario, quàm hi qui maxime participes ſunt altariorum, nec ulli moleſtius exigunt à populo decimas, quàm hi qui nihil eorum præſtant populo, quorum gratia dandæ fuerant decimæ. nec ſatis eſt aſsidere, ſed operandum eſt, nec ſatis quiduis operari, ſacra oportet operari, & in his aſsiduum eſſe, nec dixit ex ſacro accipiunt, ſed ex ſacro ueſcuntur, ut admoneat uictum deberi non diuitias. ſic ferè quidam quem ſemel ſuperius citaui, quæ ob id adſcripſi, quòd nimis ad præſens argumentum faciunt, & uere, pieq; dicta ſunt. Obſerua obſecro Chriſtiane lector, quid Apoſtolus nobis tradat ſecundum doctrinam, qua edoctus eſt ab ſpiritu ſancto & ſecundum ordinationem Chriſti, quam exhibuit, Apoſtolis ſeminantibus ſpiritualia, aſſerit licitum metere carnalia, & ſeruientibus ſacrario ex illo edere, & annunciantibus euangelium, uiuere ex illo. Hæc à Chriſto ordinata ſunt, ergo qui uolet non modo uiuere ex miniſterio euangelico, ſed abundare, ſed luxuriari, & inſtar principum prophanorum aulam alere, hæc non faciet ſecundum ordinationē Dominicam. Nam,

ut Apoſtolus nobis tradit, Dñs ita ordinauit, ut qui euangeliũ annunciant, uiuant ex illo. Rurſus qui uolunt, nihil ſpirituale ſeminantes, metere ſtipendium carnale, altario non inſeruientes ex altario edere, nouerint ſe id nõ ſecundum ordinationem dñi facere, niſi dicant, ſe hęc facere per fictitios quoſdam miniſtros, quos uulgus titulares uocat. Auertat Deus ab eccleſia eiuſmodi monſtra. Nonne monſtrum eſt paſtores fingere ubi nullę ſunt oues paſcẽdę? cauſentur quod uolunt, ſatis ſuperq; intellexit orbis, quod uolẽtes ocioſi, aut abſentes, & ĩ prophanis negocijs occupati, ab eccleſia ſtipendia percipere, & oues Chriſti deglubere, cõtendunt munus epiſcopale prophanam & mundanã quandam dñationem facere, ſicut cum maximo eccleſiæ malo fecerũt multi, & nũc etiã faciũt. potuit alijs fortaſſe temporibus, potuit aliquãdo firmitate ſua negligẽtiam & epiſcoporum à ſuis ſedibus abſentiam ferre eccleſia Chriſti, iam nõ poteſt, diſiecta ſunt à capite ſuo non pauca membra, reges, populi, nationes, morbus in dies creſcit, ſerpit ubique hęretica peſtis, ineſt hoc tempore malum haud penitus animis hoĩum inſitum, ſed foras emergit, atq; erumpit undiq; ut cohiberi non poſsit. omnes boni mœrent, templa gemunt, tecta ipſa urbium lugent, populus Chriſtianus uniuerſus in cœlum clamat, & ſi iſta tacuerint, lapides clamabunt.

11. locus ſcripturæ. Vndecimo: Rurſus produco Paulũ in prima

ad Theſſalonicen. cap. 5. ubi ſic alloquitur: Plebem fidelem: Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præſunt uobis in Domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. O uerba aurea, & uere à diuino ſpiritu prolata ob perfidiam huius temporis. Rogat Paulus, ut rationem habeamus prælatórum noſtrorū, & honore ſummo illos afficiamus. Sed audi prius quibus rationibus roget honorandos à nobis eccleſiæ Præſules. Prima ratio, quia laborant, inquit, inter uos, quo liquet ocioſos nullū promereri ſtipendiū à ſubditis, iuxta illud, qui nō laborat, nō manducet. Itē neq; abſentes etiam ſi laborent, quoniam foris non inter nos laborant, & ibi honorandi ubi laborant. Secunda ratio, & præſunt uobis in domino. Quo loco audi Theophilactum. Si enim præſides tuos in humanis rebus in pretio habes, quanto potius his qui in diuinis rebus tibi præſunt, gratiam & honorem te debere fateri debes, quod ait in Domino, hoc eſt, non in mundanis rebus tibi præſidet, ſed in his quæ ad dominum pertinent. Orat pro te, regenerauit te per baptiſma, incitat præterea, & adhortatur. Medicus tibi eſt, medijs in noctibus uoces ueniet, Hæc Theophi. Vides lector hic clare doceri neceſſariam præſentiam prælatorum. Tertia ratio, & monent uos, alias annotauimus ex Paulo. Quia oportet epiſcopum doctorem eſſe

Theſſa.5.

eccleſia Angliam, niſi quod uix unus paſtor inuentus eſt: qui poneret animam ſuã pro ouibus ſuis? Et cum hæc ſint luce meridiana lucidiora, ſunt non rari paſtores, qui ſibi perſuadẽt ſe nullo iure teneri, ut ſint cum ouibus ſuis, niſi conſtitutione quadam Pontificia: non autem conſtringi lege aliqua diuina, aut naturali. Hoc loco idem Theophi inquit: Hinc differentiam mercenarij & paſtoris elicies. Nã mercenarius ignorat oues, quia raro uiſitat eas, paſtor uero cognoſcit oues proprias, tanquam erga eas ſolicitus. Item Chryſo. ſuper Ioan. 10. hom. 59. explicans uerba Dñi: Ego ſum paſtor bonus, ita ſcribit. Magnũ quiddã dilectiſsimi magnũ inquã eſt eccleſiæ prælatio, & quæ multa indiget ſapientia & fortitudine qualem Chriſtus propoſuit, ut nunquam oues deſeramus: lupo generoſe reſiſtamus. Hæc enim inter paſtorem, & mercenarium differentia. Alter propriæ contẽptis ouibus, alter ſua contempta, ouium ſemper ſaluti inuigilat. Et hoc ipſum ex teſtimonio Ezechielis cõfirmat. c. 34. Væ paſtoribus Iſrael &c.

Theophilactus. *Chryſoſtomus.*

Dilutio obiectionis cuiuſdam. Quidam uoluit infirmare argumentũ acceptum ab hoc loco dicens uerba huius capitis pertinere ad ſolum Chriſtum, nec ad alium paſtorem poſſe accomodari, ac proinde aiebat, quæ in eo capite dicuntur, non eſſe requirenda ab alio paſtore eccleſiaſtico, nec ex his ſumendum argumẽtum, ut probaretur reſidentia ex iure diuino. Sed quam ſint hæc uolũtarie dicta, pa-

tet. Primo, idē Apoſtolus qui ex perſona Chrī recenſuit, quę hoc capite annotantur, ſcripſit in epiſtola ſua prima (et forſan arguēs ex his, quę ſcripſerat in hiſtoria euangelica) In hoc cognouimus charitatem dei, qm̄ ille animā ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, hic Ioannes ex facto Chriſti arguit, quid nos debeamus facere, ad hunc modum ex his quæ hoc loco dixit Chriſtus de ſe, proponens ſeipſum exemplar à nobis imitandum, arguere debemus, quę ſint, quę ille requirat à reliquis paſtoribus eccleſiaſticis, quod & ante nos fecerunt omnes patres eccleſię: Auguſtinus ī epiſtola ad Honoratū arguit, quòd inſtante aliqua perſecutione ouiū epiſcopus non poteſt fugere, quia exēplo Dn̄i tenetur bonus paſtor, ponere animam pro ouibus ſuis, ſimile quid collegit ubi ait. de uerbis Dn̄i Serm. 50. paſtor bonus Chr̄s, quid Petrus, nonne bonus Paſtor? nonne & ipſe animā ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus: Quid cæteri Apoſtoli: Quid eorum tempora conſequentes beati epiſcopi Martyres? Quid etiā iſte ſanctus Cyprianus: Nonne oēs paſtores boni? Nō mercenarij de quibus dicitur. Amen dico uobis perceperunt mercedē ſuam? Omnes ergo iſti paſtores boni, non ſolum quia ſanguinem fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderūt. Idem alibi citatus in cathena. Si autē prępoſiti eccleſiæ, qui filij ſunt, paſtores ſunt, quomodo unus paſtor eſt, niſi

Auguſtinus ſuper Ioan.

quia ſunt illi omnes unius membra paſtoris, & quidem qui paſtor eſt, dedit hoc membris ſuis. Nã & Petrus paſtor & cæteri Apoſtoli paſtores, & omnes boni epiſcopi. Vides lector ſecũdum Auguſtinum uerba huius capitis, non ad ſolum Chriſtum pertinere. Eadẽ & ſuſius annotauit B. Cyrillus in Ioannẽ, cuius uerba infra recenſebo. Deinde Chriſtus hoc loco diſtinguit inter mercenariũ, & paſtorẽ, & generaliter notat ſigna quibus iſte diſtinguit ab illo, et unũ eſt hoc, quia bonus paſtor ponit animam ſuã pro ouibus ſuis, nec fugit ueniente lupo, quod facit mercenarius: igitur non de ſolo xp̃o accipienda ſunt, quæ hoc capite docentur; ſed ab illo ad reliquos paſtores transferenda, & ab eis requirenda.

Lib. 7. cap. 3.

Octauo arguit ex uerbis Dñi ad Petrũ, uolens Dñs aſcẽſurus ad patrem Vicarium in terris inſtituere & Petrum uniuerſę eccleſiæ paſtorem p̃ficere dixit illi, Simon Ioannis diligis me plus his? dixit ei, etiã domine, tu ſcis quia amo te. Dixit ei. Paſce agnos meos. dixit ei iterũ Simon diligis me? ait illi etiam domine, tu ſcis q̃a amo te. Dicit ei iterum. Paſce agnos meos. Dixit ei tertio. Petre amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me, & dixit ei, Domnie tu omnia noſti, tu ſcis, q̃a amo te. Dixit ei. Paſce oues meas. Hoc loco ſolo ſcripturarum contendit. Caie. Cardinalis demonſtrare certũ & euidens epiſcopos uniuerſos teneri

Octauus locus ſcripturæ. Ioan. 21. Conſulendus Chriſoſt. in oratione de Beato Philogonio et de ſacerdotio lib. 2. in princi.

ex præcepto iuris diuini ad reſidentiam perſonalem, & uere locus hic eſt, meo quidem iudicio efficaciſsimus, q̃a uerba illa tertio repetita, Paſce oues meas, ſunt ue℞ et abſolutũ Dñi præceptũ, q̃bus aperte præcipit miniſteriũ paſcẽdi & regẽdi oues Dominicas ĳs qui hanc curã ſuſceperint, qđ exerceri nulla ratione poteſt niſi adſit ep̃s præſens. Quoniã miniſterium paſcendi implicat multa, quæ neceſſario requirũt præſentiam perſonalem, ut locupletiſsime explicauit Card. Caietañ, & nos fuſius infra adnotabimus. Sic intellexerunt hunc locum fermè omnes Patres eccleſiæ, quo℞ primo loco produco, Bernardũ, qui ſuper cantica ſermo. 76. Sic ait. Non ocioſe toties repetitũ eſt, Petre amas me, in commiſsione ouium, & ego quidem id ſignificatum perinde puto, ac ſi illi dixiſſet Ieſus, Niſi teſtimonium tibi perhibente conſcientia quod me ames, & ualde perfectéque ames, hoc eſt, pluſquam tua, pluſquam tuos, pluſquam & te, ut huius repetitionis meæ numerus impleatur, nequaquam ſuſcipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro q̃bus ſanguis utiq; meus effuſus eſt. Terribilis ſermo, & q̃ poſsit etiã impauida quorũuis tyranno℞ corda concutere. Propterea attendite uobis quicunq; opus miniſterĳ huius ſortiti eſtis. Attendite inquã uobis & pretioſo depoſito, quod uobis creditum eſt. Ciuitas eſt, uigilate ad cuſtodiam, ſponſa eſt, ſtudete ornatui

Bernardus.

oues ſunt, intendite paſtui, & hæc tria ad illam Domini trinam ſciſcitationē forte non incongrue pertinere dicent. Porrò cuſtodia ciuitatis ut ſit ſufficiens triſaria erit, à ui tyrānorũ, à fraude hæreticorum, à tentationibus dæmonum. Sponſæ uero ornatus in bonis operibus & moribus & ordinibus. Ac paſtus ouium com muniter quidem in paſcuis ſcripturarum tanq̃ in hæreditate domini, ſed eſt diſtinctio in illis. Nam ſunt mandata quæ duris atq; carnalibus animis imponuntur ex lege uitæ, & diſciplinę: Et ſunt olera diſpenſationum, quæ infirmis & puſillis corde de reſpectu miſericordiæ apponuntur. Et ſunt conſiliorũ ſolida fortiaq;, quæ ex intimis ſapientiæ proponuntur ſanis & qui exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Paruulis nanq; tanq̃ agniculis adhortationis lac, potus datur, nō eſca. Ad hæc boni ſoliciti q; paſtores īpinguare pecus non ceſſant bonis lętisq; exemplis & ſuis magis q̃ alienis, nam ſi alienis & non ſuis ignominia eſt illis, & pecus ita non proficit. Si.n. (uerbi cauſa) ego qui uideor inter uos paſtoris gerere curam, uobis appoſuero Moyſi manſuetudinem, patientiam Iob, miſericordiam Samuelis, Dauid ſanctitatem, & ſiqua ſunt eiuſmodi exempla bonorum, immitis ipſe, & impatiens atq; immiſericors, et minime ſāctus, ſermo, ut uereor, minus ſapide eueniet, & uos minus auide capietis. Verum hoc ſupernę pietati relinquo, ut

quod

quod minus uobis ex nobis eſt ipſa ſuppleat, & quod perperam ipſa corrigat. Nũc uero bonus paſtor hoc quoq; curabit, ut ſecundum euangelium inueniatur habere ſal in ſemetipſo, ſciens quia ſermo ſale conditus quantum placuerit ad gratiam, tantũ proderit ad ſalutem. Hęc interim de cuſtodia ciuitatis atq; ornatu ſponſæ, necnon & paſtu ouiũ dicta ſint. Hæc Bernardus. Audis candide lector teſtem omni exceptione maiorẽ qui perſpicue & plene confirmat ſententiam noſtram. quid poteſt ad hæc reſpõderi, niſi negetur tanti doctoris authoritas? ſed audi rurſus eundẽ.

Itẽ ſermone ſecundo de reſurrectione Chriſti, ſic ait. Petrus mandatum accepit tertio paſcere gregem domini. Paſce, inquit, mente: Paſce ore: Paſce opere: Paſce animi oratione, uerbi exhortatione, exempli exhibitione: Itẽ Alcuinus eiuſdem uocis ſignificationem explicat: dicens: Paſcere oues eſt, credentes in Chriſto nę à fide deficiant cõfortare, terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt, ſubditis prouidere, & exempla uirtutum cũ uerbo prædicationis impendere, aduerſarijs obſiſtere, errantes ſubditos corrigere. Hæc Alcuinus.

Non ab re erit inter tot antiquorum patrum teſtimonia etiam Eraſmi uerba afferre quæ maxime conferre uidentur, etiam ſi eius uiri authoritas nõ ſit nobis argumentum. Hic igitur hunc locum non indiligenter annotauit in confuſionem aduerſariorum noſtrorꝫ ĩ annotationibus ſuper Ioannem ibi: Paſce agnos meos. Cuius 17

annotatio ſic habet. Qui ex loco gloriantur ſibi commiſſum gregem Domini eos primum oportet meminiſſe à Petro ter exactum amorem erga Chriſtum, neq; quemlibet amorem, ſed ardentiorem cæteris: Deinde ter item commiſſam illi curam gregis. Illud nimirum ſignificatum eſt, non eſſe idoneum ſacerdotio, niſi qui neglectis omnibus nihil amet, niſi Chriſtũ, hoc eſt, ueritatem, innocentiam, pietatem. Ad hæc nihil huic antiquius eſſe debere quàm incolumitatem gregis ſibi crediti. Proinde quæſo, quid frontis eſt iſtis quibuſdam, qui prophanis, immò ſceleratis principum obſequijs, qui pecunijs huc penetrant, qui ſacerdotium nihil aliud ꝙ quæſtum ac tyrannidem eſſe putãt? Nec meminerunt ꝙ attente quibus'q; legibus Chriſtus ſuas oues Petro commiſerit. Nec cõmiſerit deuorandas, ſed paſcendas exemplo piæ uitæ: Paſcendas euangelicæ doctrinæ pabulo, ſiue lac deſiderabunt, ſiue ſolidum cibum: Paſcendas etiam opum ſubſidio, ſi res ita popoſcerit, hæc citatus author quę nec incongrue, nec falsò hoc tempore annotata uidentur.

Nonus locus ſcripturæ. Nono, eſt locus non ineſſicax in actis Apoſtolicis ubi eſt oratio Pauli ad Presbyteros Epheſios exhortatoria, qua hortatur, ut officio ſuo diligenter fungantur. Qui aſcendens Hieroſolymam, trãſiens Macedoniam accerſiuit Preſbyteros Epheſiorum, quos ſic allocutus eſt.

Act. 20. Conteſtor uos hodierna die, quòd mundus

ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi quominus annunciarem omne conſilium Dei uobis. quo loco Gregorius libro epiſtolarum. 1. epiſtola. 33. ſic ait: Mundus à ſanguine eorum nõ eſſet, ſi eiſdem conſilium annunciare noluiſſet, quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo paſtor occidit. hac igitur conſideratione compulſus uelis nolis locutus ſum, quia omni uirtute aut te cupio ſaluari, aut de tua morte me eripi. Poſtq; hæc Paulus præfatus eſt, ſubiungit. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ex uobis ſurgent uiri loquentes peruerſa ut adducant diſcipulos poſt ſe, propter quod uigilate, memoria retinentes quoniam per triennium die ac nocte non ceſſaui cum lachrymis monere unumquenq; ueſtrum &c. Si uerba Pauli attẽte conſideres, uidebis, quibus rationibus oſtendat, cur presbyteri Epheſij debebant ſuo miniſterio diligenter fungi.

Primo quia (inquit Paulus) tota eccleſię cura iam in uos ſolos incumbet, et ſiquid negligatur, uobis ſolis culpa impigi poteſt, & debet. *1. Ratio*

Secundo, quia ſpiritus ſanctus poſuit uos epiſcopos ad regẽdam eccleſiam Dei. proinde, ſi fueritis ignaui neglectores, non in homines, ſed in Deum peccabitis: nec hominis, ſed ſpiritus ſancti mandatum uiolatis. *2. Ratio.*

3. *Ratio.* Tertio, quia Ieſus Chriſtus qui eſt Dominus Deus noſter, acquiſiuit eccleſiam, cuius ipſi epiſcopi, ſpeculatores, curatores, doctores ſunt, nõ uili, ſed incomparabili pretio, uidelicet, nõ auro, argento, non deniq; ullis terrenis diuitijs, ſed ſuo ipſius ſanguine.

4. *Ratio.* Quarto, ſumit rationem à periculo, dicens; Ego ſcio, quòd intrabunt poſt diſceſſum meum lupi rapaces in uos nõ parcentes gregi &c. quo uos oportet eſſe magis attentos, et uigilantes ſuper gregem Dominicũ, quia bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.

5. *Ratio.* Quinto, ſumit rationẽ ab exemplo, dicens: Memores eſtote, ꝙ ꝑ trienniũ nocte & die &c. Monet Paulus presbyteros, ut ſui exẽpli meminerint, & quemadmodũ ipſe etiã cũ lachrymis toto triennio ſingulorum ſalutem curauerit: Ita æquum eſt, ut illi multo maiori ſolicitudine miniſterium ſuũ urgeant, quando maiora pericula inſtant. Hæc Paulus ad Epiſcopos Epheſios.

Cõfluebãt & eo tpe Romã ex orbe uniuerſo cuiuſuis ordinis uiri ſicut & nunc.

Rogo te lector, quis tãta ſolicitudine curabit ſalutem ouium ſuarũ, aut tam diligenter defungetur hoc ſacro miniſterio abſens? Quid putas dixiſſet Paulus, ſi Epiſcopus aliquis Epheſius aſtans reſpondiſſet Paulo, ero quidem paſtor, & epiſcopus, & curabo ſalutẽ harũ ouiũ mihi cõmiſſarum, ſed interim oportet me ꝑ aliquot annos manere Romę, & in aula Cæſaris uerſari, & defungi munere quodã, honeſto quidẽ illo, ſed Cæſareo. paſcetur uero grex Chriſti per ſuppo

ſitum quendam paſtorem. Nec tamē ponā ego gregis Chriſti curam, nam è Roma per literas cu rabo multa, & cū uacauerit, interim etiam ipſe ui ſam gregē mihi cōmiſſum per dies aliquot. Nō ne ſic abunde ſatisfecero, de mandato mihi muneri? Quid inquam putas reſpōſurum Paulum? Credo neminem ſugit, quid Paulus fuiſſet dicturus, ad hæc tam noua & inaudita uerba. hoc ipſum puto, eum & nunc reſpōdere multis apud tribunal Chriſti iudicis.

CAPVT QVINTVM, QVO TESTImonijs Apoſtolicis oſtenditur de iure naturali & diuino eſſe neceſſariam reſidentiam paſtorum eccleſiaſticorum.

PAVLVS 1. Cor. 9. diſputat quā poteſtatem habeant miniſtri eccleſiaſtici deſumēdi, ſiue metēdi carnalia ab eccleſijs fidelium, ubi duplici ordine argumentorum probat ſolum licere illis manducare, & bibere, ſiue uiuere ex miniſterio eccleſiaſtico.

Decimus locus ſcripturæ. Paulus 1. Cor. 9. Cōſidat lector Aug. libro. 2. de ſermone Dñi ī monte, in hæc uerba, nec corpori ueſtro quid induatur.

Primo id aſtruit argumentis dum taxat humanis, dicens. Quis militat ſuis ſtipendijs unꝗ? Quis plantat uineam, & de fructu eius non comedit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat? Si obſerues Apoſtoli uerba, uidebis, quod tm̄ militantibus, plantantibus, paſcētibus gregem Dominicum concedit ius percipiendi fructus temporales, Cum igitur iſtas actiones

non poſsint facere niſi præſentes, conſequitur miniſtros teneri ad pręſentiam corporalem, qua ſola poſſunt implere miniſteria ſua.

Deut. 25. Secundo arguit ex lege Moſis. Scriptum eſt, Non alligabis os boui trituranti. Quæ uerba exponens quidam haud obſcurus Doctor, ſic ait. Annotandus hic locus his, qui tantis clamoribus tantaq; tyrannide decimas & pluſquam decimas extorquent à pauperrimis quoq; laicis, nec intelligunt legem uetare, ne quis obliget os boui, ſed trituranti, hoc eſt, docenti, monenti, exhortanti, ſacrificanti, ac cæteris ſacerdotalibus officijs fungenti. Quid autem hoc ad iſtos quoſdam, qui non ſolum in ocio, ſed in ſardanapalicis delicijs uitam omnem tranſigunt? Hæc ille, audi nunc Paulum. Quæ pro-

Deut. 25. pter nos miniſtros euangelij ſcripta ſunt, non propter boues, quorum Deus non habet tam peculiarem curam. Si nos uobis ſpiritualia ſeminamus, magnū eſt ſi carnalia metamus? Qui in ſacrario operant, quæ de ſacrario ſunt, edunt. Et qui altario deſeruiunt, cum altario percipiant. Ita & Dominus ordinauit ijs, qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. quæ uerba explicās Bernardus in declamatione, Ecce nos reliquimus omnia, ſic ait. Viuat, inquit, de altario & iuxta Apoſtolum alimenta, & quibus tegatur habens his contentus ſit, uiuat, non ſuperbiat, non luxurietur, denique non

ditetur, nec ex clericatu ditior fiat. Hæc Bernar. Huius uocis emphaſim annotauit & Theophilactus, & ante hũc Chryſoſtomus. Non enim, ait, ſacerdotes, ſed qui aſsident altario, ut intelligamus aſsiduum cultum ſacrorum, at hodie nulli ferè magis abſunt ab altario, quàm hi qui maxime participes ſunt altariorum, nec ulli moleſtius exigunt à populo decimas, quàm hi qui nihil eorum præſtant populo, quorum gratia dandæ fuerant decimæ. nec ſatis eſt aſsidere, ſed operandum eſt, nec ſatis quiduis operari, ſacra oportet operari, & in his aſsiduum eſſe, nec dixit ex ſacro accipiunt, ſed ex ſacro ueſcuntur, ut admoneat uictum deberi non diuitias. ſic ferè quidam quem ſemel ſuperius citaui, quæ ob id adſcripſi, quòd nimis ad præſens argumentum faciunt, & uere, pieq; dicta ſunt. Obſerua obſecro Chriſtiane lector, quid Apoſtolus nobis tradat ſecundum doctrinam, qua edoctus eſt ab ſpiritu ſancto & ſecundum ordinationem Chriſti, quam exhibuit, Apoſtolis ſeminantibus ſpiritualia, aſſerit licitum metere carnalia, & ſeruientibus ſacrario ex illo edere, & annunciantibus euangelium, uiuere ex illo. Hæc à Chriſto ordinata ſunt, ergo qui uolet non modo uiuere ex miniſterio euangelico, ſed abundare, ſed luxuriari, & inſtar principum prophanorum aulam alere, hæc non faciet ſecundum ordinationẽ Dominicam. Nam,

ut Apoſtolus nobis tradit, Dñs ita ordinauit, ut qui euangeliũ annunciant, uiuant ex illo. Rurſus qui uolunt, nihil ſpirituale ſeminantes, metere ſtipendium carnale, altario non inſeruientes ex altario edere, nouerint ſe id nõ ſecundum ordinationem dñi facere, niſi dicant, ſe hęc facere per fictitios quoſdam miniſtros; quos uulgus titulares uocat. Auertat Deus ab eccleſia eiuſmodi monſtra. Nonne monſtrum eſt paſtores fingere ubi nullę ſunt oues paſcẽdę? cauſentur quod uolunt, ſatis ſuperq; intellexit orbis, quod uolẽtes ocioſi, aut abſentes, & ĩ prophanis negocijs occupati, ab eccleſia ſtipendia percipere, & oues Chriſti deglubere, cõtendunt munus epiſcopale prophanam & mundanã quandam dñationem facere, ſicut cum maximo eccleſiæ malo fecerũt multi, & nũc etiã faciũt. potuit alijs fortaſſe temporibus, potuit aliquãdo firmitate ſua negligentiam & epiſcoporum à ſuis ſedibus abſentiam ferre eccleſia Chriſti, iam nõ poteſt, diſiecta ſunt à capite ſuo non pauca membra, reges, populi, nationes; morbus in dies creſcit, ſerpit ubique hęretica peſtis, ineſt hoc tempore malum haud penitus animis hoĩum inſitum, ſed foras emergit, atq; erũpit undiq; ut cohiberi non poſsit. omnes boni mœrent, templa gemunt, tecta ipſa urbium lugent, populus Chriſtianus uniuerſus in cœlum clamat, & ſi iſta tacuerint, lapides clamabunt.

11. locus ſcripturæ. Vndecimo: Rurſus produco Paulũ in prima

ad Theſſalonicen. cap. 5. ubi ſic alloquitur Plebem fidelem: Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præſunt uobis in Domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. O uerba aurea, & uere à diuino ſpiritu prolata ob perfidiam huius temporis. Rogat Paulus, ut rationem habeamus prælatorum noſtrorũ, & honore ſummo illos afficiamus. Sed audi prius quibus rationibus roget honorandos à nobis eccleſiæ Præſules. Prima ratio, quia laborant, inquit, inter uos, quo liquet ocioſos nullũ promereri ſtipendiũ à ſubditis, iuxta illud, qui nõ laborat, nõ manducet. Itẽ neq; abſentes etiam ſi laborent, quoniam foris non inter nos laborant, & ibi honorandi ubi laborant. Secunda ratio, & præſunt uobis in domino. Quo loco audi Theophilactum. Si enim præſides tuos in humanis rebus in pretio habes, quanto potius his qui in diuinis rebus tibi præſunt, gratiam & honorem te debere fateri debes, quod ait in Domino, hoc eſt, non in mundanis rebus tibi præſidet, ſed in his qua ad dominum pertinent. Orat pro te, regenerauit te per baptiſma, incitat præterea, & adhortatur. Medicus tibi eſt, medijs in noctibus uoces ueniet, Hæc Theophi. Vides lector hic clare doceri neceſſariam præſentiam prælatorum. Tertia ratio, & monent uos, aliàs annotauimus ex Paulo. Quia oportet epiſcopum doctorem eſſe

Theſſa. 5.

Quarta ratio. Abũdantius illos habeatis in charitate propter opus illorum: Noua æditio habet, ut habeatis illos in humano pretio per charitatem, hoc eſt, miniſtrando illis neceſſaria propter opus illorũ. Igitur ubi nullũ eſt eorũ opus, nõ tenemur illis neceſſaria miniſtrare. Nam Paulus propter opus ipſorũ inquit. Honorate eos, Quare Paule? An quia nobiles? An uero, qa ſumptum magnũ in curijs principum faciunt? Nihil horum, ſed propter opus ipſorũ. quod ſi officiũ ſuũ non faciunt, nec ſuis dignâ nominibus præſtant, Non eſt cur (authore diuo Paulo) habeamus illos abundantius, nec illos agnoſcamus epõs, ſi nõ laborant inter nos qui illos nrĩs ſumptibus & oblationibus alimus. Hæc locutus eſt Apoſtolus ad ſubditos. Audi qualẽ deſcribat eẽ debere curã prælatorũ: Rogamus autẽ uos fratres corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte, nequis malum pro malo alicui reddat. Et quid explicatius potuit dicere, ut intelligeremus neceſſariam præſentiam perſonalem prælatorum? Nunquid abſens monebit aut arguet inordinatos, conſolabitur puſillanimes, & meticuloſos, ſubleuabit ĩfirmos, erit patiẽs erga oẽs? Bene uides cãdide lector, q̃ ſint hęc clara & aperta, ut qui hęc non uideat, in media luce cęcutiat. Hunc locũ admonet quidã annotandũ diligenter ab epĩs, qui exigunt à ſuis ſũmum honorẽ cũ ipſi nõ curẽt p̃ſtare ſuum officiũ, nam Pau

lus iubet eos haberi in ſummo honore, ſed propter opus, non propter inanem titulum, hoc eſt, laborantes, præſidentes in domino, non cum faſtu dominantes, admonentes, docentes, conſolantes, quod primum eſt epiſcoporum munus. Confirmatur argumentum huius loci ex uerbis Pauli: Mementote præpoſitorum ueſtrorum, qui uobis locuti ſunt uerbum Dei. Meminiſſe iubet nos prælatorum noſtrorum, Sed non propter nudos titulos, ſed propter uerbũ Dei, quod ab illis audimus. *Ad Hebræ. 13.*

Duodecimo in demonſtrationem præfactæ ueritatis profero Paulum, 1. Timot. 3. & Titum capite primo quibus locis docet Apoſtolus Timotheum, & Titum quibus conditionibus eligendus ſit epiſcopus ad regendam eccleſiam, dicens: Siquis epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat, ubi iam uides epiſcopi munus quoddam opus uocari. Ex quo conſequitur ipſum epiſcopum operarium quendam uocandum. Deinde ſubiungit. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, uigilantem, ſobriũ, prudentem, hoſpitalem, doctorẽ, ut potens ſit & exhortari in ſana doctrina, & eos, qui contradicunt arguere &c. Hæc & plura Paulus deſcribens quales ſecundum iura diuina eligendi ſunt epi. Dic mihi obſecro quomodo poteſt eſſe aut cognoſci talis epiſcopus, ſi abſens & incognitus eſt ſuæ eccleſiæ, ut nunc ſunt multi, quorum nomina tãtum audierunt in diœceſi ſua, faciem uero aut mores

12. Locus ſcripturæ. Pauli. 1. Timot. 3. et Tit. c. 1. Cõſulat lector Gregoriũ ĩ prima parte curę paſtoralis ca. 8. & Chryſ. de ſacerdotio li. 3. circa mediũ.

uiderunt nunquam? Si abſens, aut ignotus, quomodo uigilas? Si abſens aut ocioſus, quomodo doctor? Si iugiter uagatur in aulis principum, quomodo hoſpitalis? De quo Hierony. in expoſitione huius loci. Oportet epi domũ hoſpitium eſſe cõmune fideliũ. Crede mihi, aut errauit Paulus, cum hęc docebat requirẽda in epõ, aut iſti noſtrę tempeſtatis prelati fallũtur, ſi abſentes, & alijs uilioribus implicati putãt ſatis ſacturos ſe Chriſto, aut eccleſię ſuę. Sed quid ueremur dicere, quod uerum eſt, huiuſcemodi epiſcopos eſſe illos de quibus Auguſt. in lib. de paſtoribus ca. 1. inquit, Sũt in eccleſia paſtores, qui paſtorum nomine gaudere uolunt, paſtorum aũt officiũ implere nolunt, in quos alios hęc melius cõpetere poſſunt? Quo
1. AdTimot. 3. loco audi Theoph. ſuper uerba Pauli ad Timot. Siquis prę ſulatum expetit, non prohibeo, opus enim & laborem deſiderat, ne igitur dominatũ & authoritatẽ ſolam expetat. Epatus. n. dicitur παρὰ τοῦ ἐπισκοπεῖν πάντας. i. ex eo q oẽs uiſitet, cõſideret & obſeruet. Et in uerba Pauli ad Titũ inquit, Si ſuos cõſolari et adhortari nõ poteſt pſeudo epiſcopus eſt. Nam alias uirtutes in alijs ſub epiſcopo conſtitutis inueniat quiſq;, nimirũ hoſpitalem eſſe, ſobriũ, idq; genus alia: quod maxime uero epiſcopum ueluti characteribus quibuſdam & ſignis exprimat, docendi munus eſt.

13. Locus ſcripturæ. 2. Timo. 5 Decimotertio, demonſtratur prefata ueritas ex uerbis Pauli ad Timot. quo loco ſic ſpũs domini per organũ illud electionis ſuę in uno epi-

ſcopo alloquit̃ uniuerſos. Teſtificor corã Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt uiuos et mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius, p̃dica uerbũ, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam nõ ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertẽtur. Tu uero uigila, ĩ omnibus labora. Opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple. Hęc Paulus. Quis nõ uidet hoc loco aperte demandatã eſſe & præſentiã & ſolicitudinẽ omnibus epis? Audi ſecundo uocem ſpũs. Prędica uerbum, inſta opportune, ĩportune, argue, obſecra, ĩcrepa. Nunquid & iſta fient per mercenarium, quẽ tibi ſubrogaſti? Tu uero uigila, in omnibus labora. Neceſſe eſt labores non in omnibus, ſed in paucis, ſi abſens es à grege tuo. Miniſterium tuũ imple. Qui potes ĩplere tam remotus à grege, quẽ uerbo & exemplo paſcere in tua ordinatione iuraſti? Vtinã oẽs ẽpi ſic cogitarent hanc obteſtationem cuiq; ſingulatim eſſe proditam, ſicut eſt reuera. Quid aũt exigit ſpiritus cũ tam religioſa obteſtatione, Prædica uerbum? Quid Paulo reſpondebunt paſtores, ubi uẽtum erit ad iudiciũ cuius ipſos hic commonefacit?

Quartodecimo, eſt & alius locus meo iudicio, euidenter demonſtrans præmiſſam ueritatẽ ĩ epiſtola canonica Petri, qui ſic habet, Seniores *14. Locus ſcripturæ. 1. Petri. 5.*

ergo, qui in uobis ſunt, obſecro conſenior &c.
Paſcite qui ĩ uobis eſt gregẽ Dei: prouidẽtes, nõ coactè, ſed ſpontanee ſecundũ Deũ: nec turpis lu cri gratia, ſed uoluntarie, nec ut dominãtes in cle ris, ſed forma facti gregis ex animo; & cũ appa ruerit princeps paſtorũ; percipietis immarceſibi lem gloriæ coronã. Hæc Petrus Apoſtolus. Prę ceptũ hoc Apoſtolorũ principe dignũ in oĩbus oĩum epõꝝ aulis uel aureis literis erat inſcriben dũ. Paſcite (inquit) gregẽ, nõ opprimite, nõ expi late, idq; nõ coacte uelut ex officio, ſed ex ſynce ro affectu, tanq̃ patres, nec turpis lucri grã, quaſi præſentiens eccleſiæ peſtẽ ex hac radice oriturã, deniq; nõ dominantes more principũ, ſed exẽ plo & doctrina paſcite, benefactis uincite. nunc epõꝝ bona pars nihil audit ab aſſentatoribus doctis. niſi dñia, ditiones, gladios, ptãtes, atq; hic faſtus nõnulloꝝ pluſq̃ mũdanus. Multa ſũt hoc loco à paſtoribus eccleſiaſticis conſideranda in uſum miniſterij ſui, ſed tria, quę ĩ rẽ noſtrã agũt, ego oculis lectoꝝ ſubijciam. Obſerua obſecro chriſtiane lector hęc quę ſpũs ſanctus ꝑ os Petri Apl'i iubeat epis, ut recte obeant ſua munera.

Primum paſcite gregem uobis commiſſum. Quidam ſic uertunt Græca, Paſcite quantum in uobis eſt, gregem Chriſti.

Secũdũ & id faciatis uolũtarie, nõ uelut dñiũ exercẽtes ĩ greges, q uobis uelut ſorte gubernan di obtigerũt, hos. n. uocat ędítio uulgata cleros.

Tertium, & ſic, ut ſitis exẽplaria gregis ex ani

mo, qđ noſtra æditio dixit: facti forma gregis; Nunc cuiuſuis lectoris iudicio relinquo cauſam noſtrâm, ſi poſſunt hæc tria obſeruari per abſentem paſtorem, uel ocioſum, ingenue fateor non teneri epiſcopum ad reſidentiam in eccleſia ſua. Si poteſt quis paſcere gregem Chriſti, & eſſe exemplar, ſiue forma uiuendi ſuis ouibus abſens, & aliud agens, tutiſsimus degat, ubi uelit. Si uero non poteſt, uel relinquat munus, uel ſubeat onus manendi, & paſcendi ſuas oues; à quibus ipſe paſcitur. His teſtimonijs hæc controuerſia probata eſt ſufficiẽter ita ut nõ reformidet æqui iudicis iudicium, immo ut ipſas penè conſcientias aduerſariorum appellare audeat.

CAPVT VI. DE PASTORVM SPIritualium nominibus, *Nam hæc uidentur partem eſſe diuinæ ſcripturæ, quæ ut à ſpiritu ſapientiæ indita ſemper cõſonant rebus ipſis, ac proinde teſtimonijs ſcripturarum illa ſubiecimus.*

POSTREMO excutiamus ſi libet, quibus noĩbus epiſcopi appellantur in ſacris ſcripturis, uel hinc enim aſtruemus quod tantopere quærimus. Et mihi quidem uidentur ſuũ nomen ignorare, qui putant ſibi ocioſis uagari licere, uel potius negotio longe ab officio alieno implicatis. In alijs quidem diſciplinis leue eſſet argumentum à nomine ſumptum, quæ uel caſu aliquo, uel humana ratione

imponi ſolent, & licet aliquando uera, interdũ tamen uana, ſæpe etiam mentita uſurpamus nomina. In hac uero diſciplina cuius author & magiſter eſt ſpiritus ſanctus, firmiſsimum eſt à noïe acceptum argumentum, quæ quidem accomodare ſolet rebus ipſis, ſecundum ipſarum rerum naturas, ut quod ipſe uelit in re, hoc nomen ipſum deſignet. Epiſcopus is dicitur qui ſpeculatᷣ, & attente rimatur, quid geratur. Nam ubi habemus .1. Petri. c. 5. Prouidentes: Græce eſt ἐπισκοποῦντες .1. intendentes, aut epiſcopum agentes, quod tamen adeo uulgare eſt, ut nemo nõ intelligat. Si epiſcopos tm̃ excipias, hinc Ezechiel Vigiles & ſpeculatores appellat epiſcopos. Quis igitur unq̃ ſpeculator conductus, relicta prouincia, in qua munus illud habet, aliena pererrat? hoc igitur eſt, quod olim dixit Hieronymus Heliodoro: Non omnes epiſcopi, epiſcopi ſunt, hoc eſt multi ſic uocantur, ſed pauci reſpondent ſuo nomini.

Epiſcopi — *c. 3. & 18.* — *Speculatores.*

Dicuntur Angeli, cum apud Lucam & Marcum, tum apud Eſai, & Malach. Cur ita? quia mittuntur ut nuncij prædicaturi uerbum Dei: Quomodo prædicabunt (dicit. D. Paulus) niſi mittantur? Quiſq; ne eſt adeo perfrictæ frontis, qui ſi nuncius mittantur Toletum: Tarraconem proficiſcatur, ut ibi fungatur legatione? hoc non facturus erat ab homine miſſus, & qui à deo nũcius mittitur ut Toleti quæ fert in mandatis palàm faciat, Romam petet ubi quid Deo præſtet obſequij,

Lucæ. 9. — *Eſai. c. 33.* — *Malac. c. 2* — *Angeli.*

obſequij, libet magis ſilere quàm dicere.

Montes etiam appellantur, cum alibi ſæpe, tũ à Dauid Pſal. 71. Quo uerbo potuit uox diuina ſignificantius firmitatem & pręſentiam epiſcopi oſtendere? Suſcipiãt (inquit) Montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Montes Apoſtolos & eorum ſucceſſores uocat, quia populo ſubdito Meſiæ annunciant pacem per Chriſtum & ueram iuſtitiam. his montibus Dauid precatur, ut ſuſcipiant pacẽ à domino, ſed non ſibi ſolis, uerum populo, ut populus ſub eis pace fruatur, & collibus, ut ſuſcipiãt iuſtitiam, ut iuſtitia dirigantur, quæ pax & iuſtitia uenit oĩbus regnis quæ Chriſtũ ſuſceperũt, ſicut ſcriptũ eſt, Quã ſpecioſi pedes euangelizantiũ bona, euãgelizantiũ pacẽ. Sicut enim terreni montes primi excipiunt influentias cœlorum, & ex illis ad ualles deriuantur, ſic ſacerdotes primi accepturi ſunt cœleſtia dona. Item per montes immobilitas deſignatur, & montes eminent cæteris terræ partibus, ſic & ſacerdotes perpetuo eminere debent reliquis fidelibus. Ad hæc uero opus erat epiſcopis & miniſtris, qui ſpiritu Chriſti feruentes bellum indicerent aduerſarijs poteſtatibus, & ſic pacem annunciarent populo Dei, at nunc malo noſtro uidemus impletum illud eiuſdẽ Dauidis. Tranſferentur montes in cor maris. Per mare enim in ſcripturis ſacris hic mundus ſolet deſignari. Videmus nonnullos montes ad cor maris, hoc eſt ad aulas principum ſecularium & alias curias 25

migraſſe. Vnde cum dominus in argumentum
Matth.17 ſidei & uice miraculi dixerit. Si habueritis fidem
ſicut granũ ſinapis, dicetis mõti huic trãſi hic, il
luc, & tranſibit, ita puto nunc nõ minoris mira
culi & fidei argumentum foret, ſiquis hos myſti
cos montes à corde maris ad aridam reuocaret.
Boues Vocantur Boues ex interpretatione Pauli,
1. Cor. 9. qui exponens illud Moſis. Non alligabis os bo
ui trituranti. Propter nos (ait) ſcriptam legem nõ
propter boues, ut non negemus mercedem epi
Pro.14. ſcopo. Boum nomine epiſcoporum & docto-
rum labor deſignatur. Vnde Salomon. Vnde
non ſunt boues præſepe uacuum eſt, ſic etiam
actum eſt de eccleſia, ubi epiſcoporum & docto
rum labor ceſſauerit, ſicut iam in bona eccleſiæ
parte ceſſauit, poſtquam creuerunt opes in ec-
cleſia, interijt doctrina, quia quãto creſcunt opes
creſcunt curæ, & augetur familia, hinc Epiſcopi
deſierunt eſſe doctores in eccleſia, & hæc uiden-
tes principes (Deo ſic permitẽtte) cœperunt pin
guiores prælaturas, & epiſcopatus conferre ijs
per quos regna, & ditiones ſuas gubernãt, ſic &
opes & perſonæ eccleſiaſticæ ab eccleſijs in au-
las principum maxima ex parte translatæ ſunt.
Dic mihi Chriſtiane lector, an potuerit nobis
proponi ullum animal tardius, & minus habi-
le ad peregrinandum? Quis neſcit boues in eo-
dem quo naſcuntur loco, & opus facere, & ani-
mam agere? Non uocauit Epiſcopos equos,

aut canes quod illi in bello nati, hi adulatores & uoraces, & peregrinandi auidi uideantur, quamuis, & equi triturationi, & canes ouium cuſtodiæ non inepti ſint, ſed uocauit boues, quaſi dicat immobiles, & perpetuos operarios.
Inſigniuntur etiam militum nomine, ita Paulus Timotheum epiſcopum, bonum militem uult eſſe, & ſe bonum certamen certaſſe: exultat. Quis igitur adeo uecors eſt, ut militem ſibi conducat in familiæ, & patriæ tutelam, & ſecuritatem & illum patiatur uagari longe à ſtationibus ut conductor ſit præda hoſtibus, dum miles in alieno uerſatur? Verum & ſi epiſcopus militis nomine ſatis admonebatur ne à loco diſcederet; tamen quia non omnino graue uidebatur, Si unus aut alter miles diſcederet, uocantur etiam Duces qui nec tranſuerſum quidem digitum poſſunt à caſtris abeſſe. *2. Ad Timot. 2.* *eiuſdē. 4.* *Miles.* *Duces* *P. t es.*
Dicuntur patres, & Spirituales patres nomine peruulgari, ſed quis erit tam crudelis pater, ut filios quos alere tenetur, deſerat fame perituros, dum ipſe ut paulo licentius agat nouas permutat regiones? & ut intelligamus q̃ꝫ expoſcat Paulus hanc præſentiam non uereatur ſubire imaginem mulieris pręgnantis: quæ tantum abeſt, ut filios quos in utero fert relinquere ualeat, qꝫ leges humanę partum uiſcerum, matris partē diffinierint. Audi qd ſcribat ad Galathas, Filioli mei, quos iterum parturio. Euge *Cap. 4.*

optime epiſcope Paule, & uere pater, an hos tu unquã deſeres, an hos aborſu abijcies quos iterum te parturire fateris?

Arietes Nominantur arietes à Dauid. Afferte Domino filios arietum, & hoc ipſum uoluit ſignificare cum dixit, induti ſunt arietes ouium. Anquiſq; gregem reliquit ſine ariete, qui præiret? Modo deplorabimus cum Hieremia gregem dominicum, & dicemus facti ſunt Principes eius, uelut arietes non inuenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.

Pſal. 28.

Pſal. 64.

Cuſtodes. Dicuntur etiam cuſtodes ciuitatis Hieruſalem, uigiles, ſponſi eccleſiæ, gubernatores regni Chriſtiani, uicarij Chriſti, quæ omnia nomina nihil aliud clamare uidentur quàm præſentiam epiſcoporum in cuſtodia, & uigilia ob gregem commiſſum. an epiſcopi qui ſubditos nunquam uiderunt, nec cibo illos ſpirituali aluerunt, digni ſunt aut honore, aut mercede ulla? Immo uero non aperte digni ſunt, qui utroq; priuarentur ut proditores muneris traditi? Tu'ne cum tot nominibus exciteris ut operam tuam præſtes præſens præſentibus, audes dubitare, An ad hoc iure diuino tenearis? Tu'ne abſens, & ignotus eccleſiæ tuæ audes uſurpare prædictos titulos? Diceris, Paſtor. Cum nihil minus agas quàm paſcere? Tu'ne audes plebem domini deuorare ut panem, cum tenearis illi panem ſpiritualem frangere, & temporalem, nec ſa-

tias? Qua fronte expoſcis mercedem, nec uis tibi os alligari, cum operas nullas exhibeas, nec triturationem ullam facias?

Vocantur etiam pontifices de cuius nominis ratione audi Bernardum in epiſtola quadrageſimaſecũda ad Senonenſem. Archiepiſcopũ. O quàm pulchra eſt (ut Sapiens clamat) caſta generatio cum charitate, cum illa, inquam, charitate quam deſcribit Apoſtolus de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Porrò puritas cordis in duobus conſiſtit, in quęrenda gloria dei, & utilitate proximi, ut in omnibus uidelicet actis ſuis uel dictis nihil ſuum quęrat epiſcopus, ſed tantum aut Dei honorem, aut ſalutem proximorum, aut utrunq;. Hoc enim agens implebit non ſolum pontificis officium, ſed & etymologiam nominis pontem utiq; ſe ipſum faciens inter Deum, & proximum. Pertingit pons iſte uſq; ad Deum ea fiducia qua nõ ſuam ſed illius gloriam quærit. Pertingit uſq; ad proximum illa pietate, qua & ipſi non ſibi prodeſſe deſiderat. offert deo bonus mediator preces & uota populorũ reportans illis à Deo benedictionem, & gratiam. Supplicat Maieſtati pro exceſsibus delinquẽtium, uindicat in peccantes iniuriam dei, ingratis improperat beneficia pietatis, contemnentibus potentiæ ſeueritatem inſinuat. Vtriſq; tamen nihilominus placare ſtudet indignantis furorem, nunc quidem hominum obtendens infirmitatem, nunc diui- 27

næ magnitudinem pietatis. Deniq; ſiue excedat Deo, ſiue ſobrius ſit nobis, aut Deo ſemper, quantum in ipſo eſt, placere geſtit, aut præſtare nobis, non quod ſibi omnino utile eſt quęrens, ſed quod multis. Fidelis pontifex qui bona quælibet per manus tranſeuntia, ſiue diuina beneficia ad homines, ſiue hominum uota ad deum, columbino intuens oculo, nihil ſibi retentat ex omnibus. Nec populi requirit datum ſed lucrum, nec dei gloriam uſurpat ſibi. Acceptum talentum non ligat in ſudario, ſed partitur numularijs à quibus & uſuras recipit non ſibi ſed domino. Non habet ſoueam ut uulpes, non tanquam uolucris nidum, nō loculos quo modo Iudas, non deniq; (ſicut nec maria) locum in diuerſorio. Imitatur profectọ illum qui non habebat ubi reclinaret caput, factus in præſentiarum tanquā uas perditum, quādoq; proculdubio futurum uas in honorem, & non in contumeliam. Deniq; perdidit animam ſuam in hoc mūdo, ut in uitam æternam cuſtodiat eam, hoc tanto puritatis internæ gloriari non poteſt ueraciter, niſi extrinceſus gloriolas perfecte reſpuerit. Nec enim pure ualet, Dei uel proximi
Scribæ quærere lucra, qui propria non contempſerit.
Matth. 25. hæc Bernardus.
1. Cor. 4. Item dicuntur ſcribæ docti non ad mundum
eiuſdē. 3. ſed ad regnum cœlorum. ſcriba doctus in regno
2. Corī. 5. cœlorū profert de theſauro ſuo noua, & uetera.
Ephe. 6. Item miniſtri Chriſti: diſpenſatores miniſte-

riorum Dei, adiutores Chriſti, columnæ eccle=
ſiæ, legati Chriſti. Item dicuntur lapides ſanctua
rij de quo Grego. libro paſtoralis curę parte. 2. c.
7. ſic ait. hoc cum magno dolore charitatis Hie= *Treno. 1.*
remias propheta cōſpiciens quaſi ſub deſtructio
ne templi deplorat dicens. Quomodo obſcura-
tum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, di-
ſperſi ſunt lapides ſanctuarij in medio omnium,
platearū. Quid per ſanctuarij lapides, niſi ſacro-
rum ordinum perſonæ figurantur? Quid platea
rum nomine, niſi præſentis uitę latitudo deſigna
tur? Sanctuarij lapides in platea diſperguntur,
cum cauſarum ſecularium foras lata itinera ex=
petunt hi, qui ad ornamentum eccleſiæ inter=
nis myſterijs quaſi in ſecretis ſanctuarij uacare
debuerunt, ad hoc quippe ſanctuarij lapides fie=
bant, ut intra ſancta ſanctorum in ueſtimento
ſummi ſacerdotis apparerent. Hæc Gregorius.
Si ergo uelis pręclaros hos titulos cum re ipſa
poſsidere, neceſſe eſt, ut labores in domo domi
ni, uigiles ſuper gregem dominicum, & facias ui
gilias noctis, ſicut de paſtoribus Bethlemiticis di *Cap. 2.*
xit Lucas euangeliſta. erant uigilantes & cuſto-
dientes uigilias noctis ſuper gregem ſuū. In quæ
uerba Theophilactus ſic dicit, Paſtores illi figura
ſunt ſpiritualium paſtorum. oportet igitur epi=
ſcopos cuſtodire gregē ſuū, & docere populū,
& ſic audire diuinas uiſiones & auditus, officiū
itaq; ſpiritualium paſtorum fuerit, quęrere panē
cœleſtē, quem cū uiderint, debent illum & alijs

prædicare, ſicut, & paſtores, qui uiderunt infantem, locuti ſunt, de eo, & alijs. Idem Grego. In Homil. Myſtice autem quòd uigilantibus paſtoribus angelus apparet eosq́; claritas Dei circunfulſit, hoc eſt quòd illi præ cæteris uidere ſublimia merentur. qui fidelibus gregibus præeſſe ſolicite ſciunt, dumq́; ipſi pie ſuper gregem uigilant, diuinà ſuper eos latius gratia coruſcat. Idem Beda in homilia. Liceat mihi chriſtiane lector huic parti præſentis controuerſiæ eis uerbis finem imponere, quibus ueri epiſcopi deſcriptionem Hieronymus ad Oceanum abſoluit. Obſecro ne quis me in ſugillationē iſtius temporis ſacerdotum, ſcribere quæ ſcribo exiſtimet, ſed in eccleſiæ utilitatem, & euangelicæ doctrinæ propugnationem. ut enim oratores, & philoſophi deſcribentes qualem uelint eſſe perfectum oratorem & philoſophum non faciunt iniuriam Demoſtheni & Platoni, ſed res ipſas abſq; perſonis diffiniunt, ſic in deſcriptione epiſcopi, & in eorum expoſitione quæ ſcribo quaſi ſpeculum ſacerdotij proponitur. Iam in poteſtate & conſcientia ſingulorum eſt, quales ſe ibi aſpiciant ut uel dolere ad deformitatem uel gaudere ad pulchritudinem poſſint.

CAPVT VII. LEGIBVS CONCILIOrum generalium & prouincialium comprobatur paſtorum eccleſiæ neceſſaria reſidentia perſonalis.

Secundum genus argumẽtorũ à traditiõe conciliorũ & Pontificum.

LEGISTI pater in Chriſto obſeruantiſsime, quid ſpũs Chriſti in ſanctis uoluminibus tradiderit nobis de pręſenti controuerſia, lege nunc, quid ſancti patres eccleſiæ in ſacroſanctis concilijs obſeruauerint. illud tamen mihi pręfandum eſt, non tm̃ uoluiſſe me adducere quę ad reſidentiam pertinẽt uerbis apertis, ſed etiam quę ad difficultatem muneris epiſcopalis agunt, ut facile quis cõtemplare poſsit uix hominem ſolertiſsimum etiam ſi uel pedem nunq̃ dimoueat, poſſe ſatisfacere ſuo muneri, & primo ꝓfero Sardicenſe concilium generale & ab uniuerſali eccleſia receptũ & probatum, cuius canon. 14. ſic habet. Epiſcopus in aliena prouincia non moretur ultra tres dominicas, quia per id tempus ibidem non recipi inhumanum eſt, & ſi diutius reſideat, pernicioſum eſt, hoc ergo ne fiat prouidendum eſt. Oſius epiſcopus dixit. Memini autem ſuperiore concilio fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſiquis laicus in ea, in qua commoratur ciuitate tres dominicos dies, ideſt per tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si hæc ergo circa laicos conſtituta ſunt, multo magis epiſcopo nec licet, nec decet, ſi nulla ſit tã grauis neceſsitas, quæ detineat, ut amplius à ſu-

Sardiceñ. Concilium

Nota.

praſcripto tempore abſens ſit ab eccleſia ſua, uniuerſi dixerunt placere ſibi. ſimile quiddam
Ca.8. ſtatuerunt in canone.18. In canone.8.eiuſdem concilij ſardicēſis habetur ut ep̄i etiam pro tuendis pauperibus, uiduis, aut pupillis, quibus aliquæ illatæ fuerint iniuriæ, nullo modo ad comitatum, ideſt ad curiam ueniant, eo ꝙ ex nimia frequentia acceſſus ad principum curias, obq́ꝫ importunitates, et iniuſtas petitiões gratiam, & fiduciam coràm principibus amiſerint. Eo maxime, ꝙ ſub prætextu ſuas defendendi eccleſias, aliosq́ꝫ protegendi iniuriam patientes, dignitates, ſecularesq́ꝫ poſtulent adminiſtrationes. Quā prauitatem (dicunt patres) olim non ſolum murmurationes, ſed ſcandala excitaſſe dignoſcitur.
Ca.10. Hoc idem habetur in can.10. Eiuſdem cōcilij ubi dicunt patres ꝙ acceſſus epiſcoporū ad principum curias, ſine inuidia hominū, ſineq́ꝫ reprehenſione eſſe nō poteſt. Et ſi ꝑpter prædictas, honeſtasq́ꝫ cauſas talis profectus non nihil habere rationis poſſet. Quod maxime teſtaretur ſi ob defendendos iniuria, & incommodis affectos ſuſceperint peregrinationis incommoda.
Ca.9. Quo circa in eodē concilio canone. 9. ſtatuit ad obuiandum talium ep̄orum improbitati (ſic habet textus) ut ſiquę iuſtæ emerſerint cauſæ ut pro pauperibus, uiduis, pupillis tuendis, ſuum ipſe diaconū ad curiam mittat epiſcopus, eo ꝙ perſona miniſtri inuidioſa non eſt, & quæ impetrauerit celerius poterit referre. Qui tamen dia-

conus cũ literis demiſſorijs, & cõmẽdatitijs ſui Metropolitæ curiam adire debet. Si tamen ẽps (à quo diaconus ad curiam deſtinatus eſt) nõnullos apud Imperatorẽ habeat amicos, quos ſcit benignam interceſsionẽ ſibi abſenti poſſe præſtare. Tunc ſi iuſta eſſet poſtulatio, absq; Metropolitę uenia ſuum poterat epiſcopus mittere ad Curiam Diaconum.

Quę omnia ut firma permanerẽt in ſequenti canone. 11. hæc diffiniuntur.

Capi. 1.

Ea quæ ſalubriter præmonita ſunt, conuenientia & æſtimatione omniũ, & deo placitura, et hominibus tenere hanc firmitatem poſſunt, ſi metus huic ſententię coniungatur. Scimus enim & ipſi propter paucorum impudentiam religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum. Si igitur aliquis contra omnium ſententiam niſus, uoluerit ambitioni magis placere q̃ Deo, is debet ſcire cauſis redditis, honorem, dignitatemq; ſe amiſſurum. Quod ita demum compleri poterit, ſi unuſquiſq; noſtrum, qui in canali conſtitutus eſt, cum progredientem epiſcopum uiderit, inquirat tranſitũ eius, cauſas uideat, quò tendat, agnoſcat. Et ſi quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud: quod ſuperius comprehẽſum eſt, ne ſi forte inuitatus eſt, ut ei facultas eundi permitatur. Si uero propter deſideria, & ambitiones ad comitatum pergat, nec in literis eius ſcribatur, nec in communionem recipiatur. Vniuerſi dixerunt hoc honeſtum

Acta huius concilij ſunt recepta ab eccleſia, et cõfirmata

eſſe & placere ſibi hanc conſtitutionem. Quid obſecro dixiſſent iſti patres, ſi uidiſſent, ut nunc cũ tanto eccleſiæ malo uidemus, perpetuo uerſantes epiſcopos in curia uel Cæſaris, uel põtificis & nec in eccleſia ſua, nec in aliena ullum eccleſiaſticum exercentes miniſterium?

Antiochię Concilium D. 92. Siquis epiſcopus: per.

Deinde confirmat hanc ueritatem can. 17. In concilio Antiocheno ſic habens. Siquis epiſcopus per manus impoſitionem epiſcopatum acceperit, & pręeſſe populo conſtitutus miniſteriũ ſubire neglexerit, nec acquieuerit ire ad eccleſiã ſibi commiſſam, hunc oportet communione priuari &c.

Quid putas dicturos patres eiuſdem concilij Antiocheni quando ædiderunt legem in hæc uerba? Siquis epiſcopus, aut presbyter aut quilibet regulæ eccleſiaſticæ ſubiectus præter concilium & literas epiſcoporũ prouinciæ, & præcipue metropolitani adierit imperatorẽ reprobari, et abijci oportere, nõ ſolum à cõmunione, uerum ab honore, cuius particeps uidetur exiſtere, quia uenerandi principis auribus moleſtiã tentauit inferre contra leges eccleſiæ. Si igitur adire principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum tractatu, & conſilio metropolitani, & cæterorum epiſcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiam proficiſcentem ſuis proſequanť epiſtolis. Hæc ſynodus. Quid; inq; cenſes dixiſſent, rogati, ſi deſerta eccleſia licet Epiſcopo in aula Cæſaris perpetuo manere;

occupatus in rebus, & negocijs nec per ſomniū ad eccleſiam pertinentibus, ſed ciuilibus, & quæ minime decet Dei ſacerdotes tractare? Quid illi patres dixiſſent facile quiuis diuinabit.

Tertio idē tractauerunt patres ſextæ Synodi generalis qui talem ediderunt canonē, Epiſcopi omnibus diebus præcipue Dominicis docere populum debent. *6. Synodus. Canon. 19.*

Item canon. 18. eiuſdem ſextæ Synodi ſic habet, Clericus qui propter barbaricā incurſionē uel aliquo alio modo reliquit ſuam eccleſiam ceſſante hac circunſtantia propter quam ſeceſsit, redeat ſtatim ad Eccleſiam.

Sed & multo expreſsius probatur ſententia noſtra ex canone. 80. predictæ ſextæ Synodi generalis ubi ſic habetur. Siquis epiſcopus, uel eorum qui in clero cenſentur uel laicus nullam grauiorem habeat neceſsitatem, uel negotium difficile, ut à ſua eccleſia abſit frequentius, ſed in ciuitate agens, tribus diebus dominicis unà non conueniat, ſi clericus eſt, deponat: ſi laicus, à communione ſeparetur. Obſerua lector ꝙ ſeuere cauetur abſentia epiſcoporū ab eccleſijs ſuis uel per tres tantum dominicas: at nunc miſere oues, per hebdomadas, nō dierum, ſed annorū computant abſentiam ſuorum paſtorum.

Quarto eſt conſiderandus canon. 7. concilij gñalis chalcedonenſis; Qui in hunc modū hēt. *Synodus Chalcedonenſis 20. q. 3.*

Eos, qui ſemel in clero taxati fuerint ſiue in monaſterio deputati, decreuimus nec ad militiā *Eos qui.*

nec ad honores ſeculares uenire. Qui contrà fecerint anathematizent. Mens Synodi meo quidem iudicio fuit, cauere, ut miniſtri, eccleſiaſtici nō ſe implicarent negocijs ſecularibus, ſicut prohibuerat Paulus Apoſtolus. Quoniam non eſt poſsibile, ut quis utrunque munus rite poſsit obire, eccleſiaſticum & ſeculare, ſpirituale & mūdanum. Quocirca non eſt audienda gloſa in uolumine decretorum. 20. quæſtione tertia. Eos qui ſemel; quæ dicit honores ſeculares eſſe, in quibus exercetur iudicium ſanguinis: aſtruens alijs poſſe honeſte, & licite implicari clericos, & epiſcopos. Perſpicuum eſt cauiſſe Synodum tranſitum ad honores ſeculares, quoniam neceſſe erat eos manere in eccleſijs ſuis, & ibidem propria munera exercere.

Synodus Romana. Item quinto, eſt canon. 17. concilij Romani celebrati tempore Sylueſtri papę præſente Conſtantino Imperatore habens in hunc modum: Nemo enim clericus, uel diaconus, aut preſbiter pp cauſam ſuam quamlibet, intret in curiam, quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio ſimulachrorum eſt. Quoniā ſiquis clericus in curiam introierit anathema ſuſcipiat.

Rogo te chriſtiane lector an nō tibi uidentur ſancti illi uiri diuinaſſe oēm peſtem ſtatus eccleſiaſtici emanaturam à curijs principū ſeculariū & ab urbe Roma? Qui tanta ſolicitudine curarunt, ut epiſcopi in ſuis eſſent eccleſijs, & longe abeſſent curijs principum ſecularium:

Item ſexto, in ſynodo illa celebrata ſub Carolo magno tempore Zachariæ Papę, cuius mandato congregata fuit Synodus, in canone. 2. habetur quod preſbiteri in quadrageſima rationem, & ordinem miniſterij ſui, puta de baptiſmo, de fide catholica, de precibus, & ordine miſſarum, epiſcopo reddant, & oſtendant, & ipſi etiam epiſcopo teſtis aſsiſtat caſtitatis, & uitæ, & fidei, & doctrinæ illius. hæc ſynodus. Quæ quidem impoſsibile eſt adimpleri, ſi epiſcopus ipſe, uel parochus ab epiſcopatu uel parochia abſentes ſint. Sed dices, minime. Immo rationē miniſterij ſui mercenario pſ byter, mercenarius epiſcopo quadrageſimæ tempore reddere poterit. Quod ſanè expreſſe contra canonis mētem eſt. Sed tamen hoc conceſſo, ultimum ſtare non poteſt. Nam ſi epiſcopus in curia Romana Cæſarea ue degat, quomodo obſecro parochus, qui in diœceſi manet, uel è diuerſo, teſtis caſtitatis, uitę, fidei, & doctrinæ ſui epī eſſe poterit? nō ergo putet aliquis, ꝙ ſit poſsibile impleri officiū paſtorale ſine præſentia corporali paſtoris. *Synodus ſub Carolo magno.*

Item ſeptimo etiam ſeptima ſynodus generalis in canone. 15. hæc diffiniuit. *Septima ſyn. generalis.*

Clericus ab hoc deinceps tempore ī duabus eccleſijs nō collocet: hoc enim eſt negotiationis & turpis lucri propriū, & ab eccleſiaſtica conſuetudine alienum. Ab ipſa enim Dn̄i uoce audiuimus nō poſſe quenq; duobus dominis ſeruire aut unum amplectet, & alterum negliget. Vnus *21. q. 1. Clericus* *1. Cor. 7.*

quiſq; ergo (ut uox eſt apoſtolica) in eo, in quo uocatus eſt, debet manere, & in una eccleſia aſsidere. Quæ enim pp. turpe lucrum fiunt in eccleſiaſticis negotijs, ea à Deo ſunt aliena. Ad huius autem uitæ uſum ſunt diuerſa ſtudia. Ex his ergo ſiquis uelit ea, quæ ſunt corpori ad uſum neceſſaria, comparet, Dixit Apoſtolus, Vſui meo, & his qui mecum ſunt ſubminiſtrauerunt manus meæ. Quid reſponſuros putamus ſanctos illos patres iſtis qui queruntur non poſſe ſe ſimplicibus beneficijs uiuere, ſed centumplices querunt? nimirum illud Bernardi: non futuros illos ſimplices in ſupplicijs. ſed tamen ſi reſidentia nõ eſt neceſſaria, non uideo cur non unus centum habere poſsit eccleſias quas nunq; eſt aditurus.

Act.20.

Octaua ſynodo. generalis. Can.17.

Item octauo, in octaua ſynodo generali quę ſequuntur deffinierunt patres. In can. 17. Sic habetur. Quoniã ſunt quidam epiſcoporum qui ne ſecundum uocationem Apoſtolici præſulis occurrant, ſe mundi principibus impeditos cauſantur: Placuit talem excuſationem omni modo eſſe inualidam. Impiũ eſt, ut ſummos præſules ad ſynodos pro eccleſiaſticis negotijs celebrandas impediant ſeculares principes, licet tale impedimentum, & fictam prohibitionem, Epiſcoporum ſuggeſtione diuerſis modis fieri didicerimus. hæc ſynodus. An non tibi uidentur loqui de ſynodo Tridentina tam infrequenti, in tanta copia epiſcoporum quos pauperes alunt ſuis ſudoribus, & nunc in rerum maxima turbatione

tione

tione quando mundus præcipuo iure, corū indiget opera, ut ſi non in integrū, ſaltem in aliquā partem res perditę reſtituātur, omnes dormiūt, oēs ſurdi ſunt, ſed de hac re alius dabitur opportunior locus.

Item canon, 19. eiuſdem ſynodi ſic habet. Definiuit ſancta hæc, & uniuerſalis ſynodus nullum archiepiſcoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriā eccleſiā, & ſub occaſione quaſi uiſitationis ad alias accedere, & cōſumere reddi tus, qui apud illos inueniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum. qui contrafecerit deponatur, & ſequeſtretur ut ſacrilegus. Ca. 19.

Vltimo eſt canon. 24. In eodem concilio qui ſic habet. Diuina ſcriptura dicente: Maledictus homo qui facit opus Dei negligēter: quidam Metropolitanorum extrema negligentia, & deſidia delapſi, præceptionibus ſuis ſubiectos ad ſe adducunt Epiſcopos, & committunt eis eccleſiæ propriæ diuina officia & lætanias, & cuncta omnino ſacra, quæ ad ſe pertinent myſteria, ut per illos celebrent omnia, quæ per ſe metipſos alacriter agere debuerunt, ac per id eos, qui epiſcopalem dignitatem meruerunt, quodāmodo clericos ſibi ſubiectos exhibeant. Vacant ijdem præter eccleſiaſticas leges ſecularibus curis; atq; diſpoſitionibus demittentes perſeuerare in orationibus, & obſecrationibus pro ſuis delictis, ac populi ignorantijs, quod nuſquam apud aliquos penitus inuenitur, cum Ca. 24.

ſit canonicis nimirum, contrarium omnino prę ceptis. Hæc autem omnia magnis, & multis ac uehementiſsimis damnationibus dignos huiuſmodi ſtatuunt. Probantur enim tales per hæc, quæ faciunt etiam Sathanica iactantia, & ſuperbia languere. Quiſquis ergo Metropolitanorũ poſt hanc ſanctę & uniuerſalis Synodi defenſionem eadem audacia, uel ſuperbia, & contemptu abuſus non per ſe cum timore, & alacritate, ſeu conſcientia bona, debita miniſteria in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos epiſcopos ſuos efficere tentauerit, pœnas exoluat coràm proprio Patriarcha; & aut corrigatur, aut deponatur. hæc ſynodus. Sed ego ſum egregie ineptus qui cum ſacra ſcriptura hoc unum præcipiat, concilia nihil aliud ſanciat, ſacri doctores ad hoc unũ exhortentur, uelim nunc omnia in unum cogere, quaſi nunc potius ſint epiſcopi Chriſto obſecuturi. Vtcunq; tamen hoc ceſſerit, iuuabit me nullum non moiuiſſe lapidem, ut ob oculos hoc libello illis poſuiſſe ad quid teneantur, ne cauſari poſsint, nihil de reſidentia præcipi. Sed ad alia tranſeamus.

Synodus carthaginẽ. Audi nũc pater obſeruãtiſsime quid in Africa obſeruauerint, & legibus ſanciuerint eccleſiæ Carthaginen. ut in omnibus orbis partibus incognitam, & ignoratam intelligas nouam hanc opinionem. canon. 6. con. Carthaginenſis primi. Nicaſius epiſcopus Culuſitanus dixit, credo placere ſuggeſtionẽ meam ſan-

11. q. 3. Credo.

ctitati ueſtræ, & diſplicere uobis, ut qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt clero, nunc accedant ad actus ſeu adminiſtrationem, uel procurationem domorum. Gratus epiſcopus dixit. Et apoſto lorum ſtatura ſunt quæ dicunt. Nemo militans deo ingerit ſe negotijs ſecularibus. Proinde aut clerici ſint ſine actionibus domorum, aut acto- res ſine officio clericorum. Vniuerſi dixerunt, hoc obſeruemus. nūc uero contrarium putant noſtri epiſcopi præceptum à ſacra ſcriptura, ita omnes aliena curant & ſua negligunt. *2. Timo. 2*

Item in eodem concilio cano. 8. Caue- tur ne implicati negotijs ſecularibus ordinen- tur clerici. *Canon. 8.*

Item canon primus concilij Carthaginen- ſis quarti ſic habet. Qui Epiſcopus ordinan- dus eſt, antea examinetur ſi natura ſit pru- dens, ſi docilis, ſi moribus temperatus, ſi uita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negotijs cauens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcriptura- rum ſenſibus cautus, ſi in dogmatibus exer- citatus, & ante omnia ſi fidei documenta uer- bis ſimplicibus aſſerat, id eſt, patrem, & filium, & ſpiritum Sanctum, &c. Quærendum etiam ab eo, ſi noui & ueteris teſtamenti, id eſt legis & prophetarum, & apoſtolorum unum eun- demq; credat authorē, & Deum. Si diabolus nō per cōditionem, ſed per arbitriū factus ſit malus *Can. pri- mus. con. cart. 4*

hactenus ſynodus. an hæc omnia nunc poſtulentur à futuro epiſcopo his noſtris perditis temporibus,& an illis hæc requirerent,ut poſt ocia retur in curijs, & aulis principum chriſtianus lector poterit expendere.

Ca.14. Item in eodem concilio.can.14. Sic habetur.
Cart. 4. Epiſcopus nō lōge ab eccleſia hoſpitiū habeat.

Item canon. 15. eiuſdem concilij hæc continet, ut epiſcopus uilem ſupellectilem, & menſam ac uictū pauperem habeat: & dignitatis ſuæ authoritatem fide, & uitæ meritis quęrat.

D.41.Epiſcopus uilem.

Item in canone.17.eiuſdem concilij hæc habent uerba. Epiſcopus gubernationem uiduarū, pupillorum, ac peregrinorū nō p ſeipſum, ſed p archipreſbyterum aut archidiaconum agat. Si hęc tam ſancta iubetur per aliū negotiari ne epiſcopus ab eccleſia diſcedat, quid cenſes illos facturos ſi audirent quæ nunc allegantur, ut Romæ epiſcopi perpetuo uerſentur: ne uileſcat ſcilicet curia pontificis, ne deſint cardinalibus anteambulones? ò tempora, ò mores.

D.88. Epiſcopus

Item canon ſequens in eodem cōcilio ſic habet. Eps tuitionem teſtamētorum nō ſuſcipiat,

Can .18. 14. q. 1. Epiſcopus

Item canon.19. eiuſdem concilij, Epiſcopus nō prouocatus pro rebus trāſitorijs, nō litiget, Item canon uigeſimus ibidem, Epiſcopus nullā rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed ut lectioni & orationi,& uerbi dei prædicationi tantūmodo uacet. hęc canō. Quid nūc iubēt q epiſcopos abeſſe uolunt à ſuis eccleſijs,ut hæc omnia ſom-

nium arbitrentur, & quęrant mundi negotia, & alia quæ pudet dicere?

canon. 31.

Item canon. 31. eiuſdem concilij carthagineñ. epiſcopus rebus eccleſiæ tanquam cõmendatis, non tanquam proprijs utatur.

canon. 33.

Item canon. 33. eiuſdem cõcilij. Epiſcopi uel presbyteri ſi cauſa uiſendæ eccleſiæ alterius epiſcopi ad eccleſiã uenerint, & in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad uerbũ faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur.

7. q. 1. Placuit.

Item canon. 5. In concilio carthagineñ. 5. ſic habet. Nulli epiſcopo ſit facultas, relicta principali cathedra ad aliquã eccleſiã in diœceſi cõſtitutam ſe conferre uel in re propria diutius quàm oportet, cõſtitutũ, curam, uel frequẽtationẽ propriæ cathedrę negligere. penes te ſit lector in hac cauſa iudicium, ſi ad aliam eccleſiam, deſerta propria non licet accedere, licebit per regiones ſeparatas, & principum aulas uerſari?

Synodus Toletana.

Veniamus nunc ad eccleſias Hiſpaniaꝝ: quæ olim Toleti ad extirpandã hæreſim arrianam & ſtatuendam chriſtianę legis obſeruantiã non infrequenter cogebantur.

Conci. Tole. cap. 2.

Et primo hanc noſtram ſententiã ſummopere iuuant patres ſecundi concilij Toletani. qui in canone ſecundo poſt alia docent, quomodo neceſſe ſit epiſcopum prædicare, & ab alijs curis ceſſare, ne quos ſub regiminis cura tuetur, fame uerbi Dei perire ſinat.

canon. 24.

Deinde eſt in cõcilio Toletano. 4. canon. 24.

In hac forma uerborum.

D.38. Ignorantia Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotibus Dei euitāda eſt, qui officium docendi, in populo dei ſuſceperunt, ſacerdotes .n. legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus dicens ad Timo. attende lectioni & exhortationi. Sciant ergo ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones meditentur. Omne opus eorū in prædicatione diuina & doctrina cōſiſtat atq; ædificent cunctos tam fidei ſcientia quàm operum diſciplina. Hæc omnia ſanctiſsime quidem conſtituta eadem facilitate qua laudantur contēnuntur: & ad ſolos mercenarios deriuantur.

1. Tim. 4.

Item canon. 31. eiuſdem concilij.

Can. 31. Epiſcopi (quibus hæc cura à deo impoſita eſt) dum conſpiciunt iudices, ac potentes, pauperum oppreſſores exiſtere, prius eos ſacerdotali admonitione redarguant: & ſi contempſerint emendari, eorꝝ inſolētiā regis auribus intiment, ut quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad iuſtitiā, regalis poteſtas ab improbitate coerceat. Siquis epiſcoporum id neglexerit, concilio erit reus.

Can. 32 Item canon. 32. eiuſdem concilij. Auaritia radix eſt cunctorum malorum cuius ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet, ideo conſtitutum eſt à præſenti concilio ſuas epiſcopos diœceſes ita regere ut nihil ex earum iure præſumant auferre. Sed iuxta priorum authoritatem conciliorum tam de oblationibus quàm de decimis, tri-

1. Tim. 6

butis, ac frugibus tertiam conſequantur: ut con- 16. q. 1.
ceſſa à fidelibus in Chriſti & martyrum hono- ſtitutum.
rem, ipſorum epõrum parochijs, intacta maneant.
Item canon. 35. in eodem concilio. Epiſcopos Can. 35.
per cunctas diœceſes parochiasq; ſua per ſin- 10. q. 1.
gulos annos ire oportet ut exquirant quo una- epiſcopi ꝑ
quęq; baſilica in reparatiõe ſui indigeat. Quod ſi
ipſe aut languore, aut alijs occupationibus im-
plicatus id explere nequiuerit, presbyteros pro
babiles, aut diaconos mittat, qui & redditus ba
ſilicarum & reparationes, & miniſtrantium ui-
tam inquirant. hęc ſynodus. quam auide acceptu
ri ſunt huius canonis occaſionẽ, qui ſibi uiuere
capiunt ex alienis ſudoribus. Sed non eſt cur ſi-
bi blandiantur, hic iubentur peregrinari, ſed in-
tra epiſcopatum, & in hac re admittitur procu
rator, dum tamen ipſe impeditus ſit, non abſen
tia in curijs, & aulis, ſed morbo.

Poſtremo, munus epõrum quale ſit docent pa-
tres in cõcilio Toletano. 11. cõgrgati, qui in cano Canon. 2.
ne ſecũdo, in hũc modũ illud deſcribũt. Quãtũ 11. Synodi
qui præcelſi culminis obtinet locũ, tãtũ neceſſe
eſt præcedat cæteros grã meritorũ, ut i eo, ꝙ prę
ſidet ſingulis, ſingulariter orneť eminẽtia ſancti-
tatis, habẽs ſemp & in ore gladiũ ueritatis & in
ope efficatiã luminis, ut iuxta Paulũ potẽs ſit ex
hortari i doctrina ſana & cõtradicẽtes reuincere. Tit. 1.

Nos proinde noſtri ordinis gradũ, uel ſuſce-
pti regiminis modũ magnopere cogitare debe-
mus ut q officiũ ꝑdicationis ſuſcepimus, nullis

curis à diuina lectione priuemur. Nam quorundam mentes pontificum ita corporis ocio à lectionis gratia ſecluduntur, ut quid doctrinæ gregibus ſubditis exhibeat, non inueniat preco mutus. inſiſtẽdum ergo erit maioribus, ut quos ſub regiminis cura tuentur, fame uerbi dei perire nõ ſinant. hæc ſynodus. Vide quam ſolicite commendetur prædicatio uerbi & quàm cenſeatur neceſſaria, quæ ſi iuxta doctrinã Pauli reponẽda eſt loco alimentorũ corporalium, cui dubium futurum eſt, reſidendum eſſe in ſuis eccleſijs?

Synodus elibertina. Item eſt canon. 19. Synodi Elibertinæ qui & nr̃am confirmat ſententiã habẽs in hunc modũ.

Epiſcopi, presbyteri, & diaconi de locis ſuis negotiandi cauſa nõ diſcedãt: nec circumeuntes prouincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur, ſanè ad uictum ſibi conquirendũ aut filium, aut libertum aut mercenariũ, aut amicum, aut quemlibet mittant. Vides præcipi omnia potius experienda quàm abeſſe à proprijs eccleſijs. Quod ſi priuatis clericis ita eſt interdictum, quid cenſendum de epiſcopis?

Synodus agathenſis Item eſt canon. 39. concilij Agathenſis habẽs in hunc modum.

7. q. 1. Siquis. Siquis diaconus uel presbyter ꝑ tres hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, triennio à cõmunione ſuſpendatur: Siquis autem in clero conſtitutus ab eccleſia ſua diebus ſolennibus defuerit, id eſt natiuitate Domini, epiphania, paſcha uel pentecoſte, dum potius ſingularibus lucris ſtu-

det, quàm ſeruitio dei parere, conuenit ut eidem damnationi ſuccumbat.

Item canon. 38. eiuſdem ſynodi. *Canõ. 38. eiuſdem ſynodi.*

Ciues qui ſuperiorum ſolennitatum, ideſt paſchę, ac natalis Domini, uel pentecoſtes feſtiuitatibus cũ Epiſcopis intereſſe neglexerint, cum in ciuitatibus cõmunionis, uel benedictionis accipiendę cauſa poſitos ſe noſſe debeant, triennio communione priuentur eccleſiæ.

Item canon. 7. ſynodi tarraconẽſ. ſic habet. *Synodus Tarraconeñ. 10. q. 1. decreuimus.*

Epiſcopi annuatim diœceſim uiſitent, & baſilicas deſtitutas reſtituant &c.

Item in ſynodo Aurelatenſi in canone ſexto hoc ſtatuitur à patribus.

Eps pauperibus, & infirmis qui debilitate faciente, nõ poſſunt ſuis manibus laborare, uictũ et ueſtitũ in quãtũ poſsibilitas habuerit, largiať. *Synodus aurelatenſis.*

Item in eadem ſynodo canon. 13. ſic habet. D. 82. Epiſcopus. canon. 13.

Epiſcopus ſi infirmitate nõ fuerit impeditus, eccleſiæ, cui proximus fuerit, die dominico deeſſe non debet.

Item canon. 10. concilij Maguntiaci uitam ſacerdotum in hunc modum deſcribit. *Synodus maguntiaca.*

Placuit ſancto concilio, ut qui dicũt ſeculum reliquiſſe, & qui adhuc ſeculum ſectantur ita diſcernãtur, ſicut in regula clericorum dictum eſt, his igitur lege patrum cauetur, ut uulgari uita ſecluſi à mundi uoluptatibus ſeſe abſtineant, nõ ſpectaculis, non pompis interſint, conuiuia inhoneſta, turpia fugiant: Hiero. ad Nepotianum

dicit, Omnium chriſtianorū domus quaſi proprias amare debemus, ut conſolatores nos in mœroribus ſuis potius q̃ cōuiuas in proſperis nouerint, & Iſidorus, clerici tamen cōuiuia priuata, non tantū pudica ſed & ſobria colant, turpium lucrorum occupationes non appetant: amorem pecuniæ quaſi matrem cunctorum criminū fugiant: ſecularia officia negotiaq; abijciant, honorum gradus per ambitionem non ſubeant. Non uagis oculis, non infræni lingua aut petulanti tumidoq; geſtu incedant, ſed pudorem, ac uerecundiam mentis ſimplici habitu, & inceſſu oſtendant, obſcœnitatem etiam uerborum ſicut & operum penitus execrentur, uiduarum ac uirginum uiſitationes frequentiſsimas fugiant, contubernia fœminarum, nullatenus appetant. Caſtimoniam quoq; inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant. Senioribus quoq; debitam præbeant obedientiam. Nec ullo iactantiæ ſtudio ſe attollant. Poſtremo, in doctrina, & lectionibus, pſalmis & hymmis, & canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent eſſe, qui diuinis cultibus ſe mancipādos ſtudent exhibere, ſcilicet ut dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

canon. 25.

Item canon. 25. eiuſdem ſynodi.

Diebus feſtis nunq̃ deſit prædicatio uerbi Dei in eccleſia.

De officio prædicationis ſi forte epiſcopus non fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut aliqua cauſa exigente, non ualuerit, nunquam tamen deſit diebus dominicis, aut feſtiuitatibus

qui uerbum Dei prædicet, & iuxta quod intelligere uulgus poteſt.

Item in concilio Rhemenſi ſub Leone. 3. congregato in canone. 14. quod ſequitur ſtatuitur. *Synodus rhemẽſis.*

Epiſcopi diligentius operam dent, lectioniq; diuinę incumbant, ideſt canonicis libris & opuſculis patrum, & uerbum dei oĩbus prædicent.

Item in eodem in cano. 15. ſequenti ſic habet. *canon. 15.* Epiſcopi, ſermones, & homilias ſanctorũ patrũ prout omnes intelligere poſsint, ſecundũ proprietatem linguę prædicare ſtudeant.

Eſt & alius canon eiuſdẽ ſynodi. 17. epiſcopi *canon. 17.* & abbates ante ſe ioca turpia facere non permittant, Sed pauperes, & indigentes ſecum ad menſam habeant & lectio diuina ibi perſonet. Et ſumant cibum cũ benedictione, & laude Domini ſecundum Apoſtolum, ſiue manducent ſiue *1. Cor. 10.* bibant, omnia in laudem dei faciant.

Item in ſynodo Triburieñ. canon. 27. ſic habet. *Synodus Triburieñ* Semel in clero deputati, nec ad militiam nec ad aliquam ueniant dignitatem mundanam ut in ſynodo chalcedonenſi ſtatutum eſt, ne tales *Cap. 7. con. chal.* ſint ſicut Sanctus Iſidorus dixit eſſe ſimiles hippocentauris qui nec equi, nec homines, ſed quaſi bruta animalia libertate ac deſiderio ſuo feruntur.

Item ſunt & canones apoſtolorum qui nõ uulgariter confirmant & hanc noſtram ſentẽtiam, *Canones apoſtolici.* primo eſt canon ſeptimus ſic habens.

Ep̃s aut preſbyter, aut diaconus nequaquam

ſeculares curas adſumant: ſin autem eijciantur.

canon. 57. Item & canon. 57. ſic habet.

Epiſcopus aut presbyter qui negligentius circa clerũ aut populum agit, nec in pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si uero in ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

canon. 80. Item eſt etiam can. Apoſt. 80. In hunc modũ habens. Dicimus ꝙ nõ oportet epiſcopum aut presbyterum publicis adminiſtrationibus ſe immittere, ſed uacare, & commodum ſe exhibere uſibus eccleſiaſticis. Animũ igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire iuxta prçceptũ dñicũ.

Math. 6. Quibus obſecro legibus, aut decretis manifeſtius agere potuiſſent Apoſtoli contra Paſtores à ſuis gregibus abſentes, & ſui miniſterij neglectores?

Vniuerſos canones ueterum ſynodorũ qui hanc ueritatem uel aſtruunt, uel adiuuant in præſentia recenſere foret penè infinitum: Ideo cõſulto, ne lectorẽ amplius grauaremus, abſtenuimus ab aliarum ſynodorum enumeratione. ſatis ſuꝑ quæ ex ſupraſcriptis explicatam habet lector ſynodorum ſententiam, ſi uelit illam tenere. Veniamus nũc ad ea quæ ijdem patres in proprijs ſcriptis non ſine afflatu ſpiritus ſancti nobis de præſenti controuerſia tradiderunt.

CAPVT .VIII. SVMMORVM PONTI*ficum doctrina & decretis, epiſcoporum reſidentia neceſſaria conuincitur.*

AVDI nunc quid eccleſiæ catholicæ pontifices qui citaus concilijs authoritatem & robur dederunt, decreuerint circa hanc ueritatem quam explicamus & demonſtramus.

Gregorius cognomēto magnus, ſanctus & Papa in libro Paſto. quanta eruditione, & pietate contendit prędictam ueritatem demonſtrare, quod & feciſſe cum omnium legentium admiratione, nemo non nouit. hic parte 2. ca. 3. poſt alia multa; quę de officio ēpali docet ſic habet. *Gregorius*

Sic rector operatione præcipuus, ut uitæ uiā ſubditis uiuendo denūtiet, & grex qui paſtoris uocē moreſq; ſequitur, per exempla melius q̄ per uerba gradiatur, qui enim loci ſui neceſsitate exigitur ſumma dicere, hac eadem neceſsitate cō pellitur ſumma monſtrare. illa uox nanq; libentius auditorum corda penetrat quàm dicentis uita commendat, quia dum quod loquendo imperat, oſtendēdo adiuuat, ut fiat, Hinc enim per p̄phetam dicitur, ſuper montem excelſum aſcē de tu qui euangelizas Sion.

Idem cap. ſequenti exponens prædicta uerba Eſaię ſic habet.

Præconis quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, ut ante aduentum iudi-

Quanis paſtor eccleſiaſticus, ex officio eſt uerbi dei prædicator

cis qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris uocem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt enim quod ſuper paſtores primo in linguarum ſpecie Spũs ſcũs inſedit, quia nimirũ, quos repleuerit, de ſe prc tinus loquẽtes facit.

Idẽ ubi ſupra, c. 10. docet, quãto ſtudio paſtor inuigilare debet ſuper populũ ſuũ, quãta attẽtione ſubditorũ ingenia obſeruare debeat, ut interdũ eorundẽ uitia prudenter diſsimulãda ſint & caute indicanda, interdum aperte cognita, mature toleranda, interdũ ſalubriter & occulte perſcrutanda, interdũ leniter arguẽda, interdũ uehementer increpãda. Quæ oia latiſsime explicat idẽ author. 3. parte eiuſdem libri, ut ex illis qui libet conſiderare & colligere ualeat difficultatem muneris epiſcopalis & dicere cum ueritate ipſa,

Luc. 7. Quisputas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam ut det illis in tempore tritici menſuram?

Idẽ li. 5. epiſtola. 37. ad Antheniũ ſubdiaconũ:

7. q. 1. Peruenit

In Mon. recludẽdus epiſcopus ſi admonitus reſidere negligat

Peruenit ad nos Pigmeniũ Amalphicanę ciuitatis epm in eccleſia ſua reſidere nõ eſſe cõtẽtũ, ſed foris per diuerſa loca uagari: qđ uidẽtes alij, nec ipſi in caſtro ſe retinent, ſed ipſius exemplũ ſequentes foris magis eligũt habitare. Idcirco hac tibi authoritate præcipimus, ut ſupradicto epo interminari non deſinas, quatenus hoc de cætero facere nõ præſumat, ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat, quem ſi forte nõ emẽ-

dari poſt tuam interminationem cognoueris, in monaſterio cuiu deputare, & nobis curabis modis omnibus indicare, ut quid facere debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas.

Item lib. 4. epiſtola. 5. ſummopere cõmendat, ut epiſcopi exhibeant in opere, quod deſignant in noie; quia nomen paſtoris nõ ad quietem ſed ad laborem ſuſceperunt, &c. Quæ certũ eſt eos abſentes præſtare non poſſe. D. 63. q4

Item libro. 8. epiſtola. 11.

Perlatũ ad nos eſt. R. f. noſtrũ Baſiliũ epm uelut unũ de laicis in cauſis ſecularibus occupari, & ꝓpria inutiliter obſeruare. Quæ res, quũ & ipſum uilẽ reddit, & reuerẽtiã ſacerdotalẽ annihilat, ſtatim ut Reuerẽtia tua hoc præceptũ ſuſceperit, eũ ita ad reuertẽdũ diſtricta executiõe cõpellat; qua tenus ei illic te inſiſtere, quinq; diebus ſub quali bet excuſatione moram nõ liceat; ne ſi quolibet modo eũ ibidẽ morã habere permiſeris, cũ ipſo apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

D. 88. Perlatum.

Quàm nõ deceat epiſcopum in cauſis ſecularibus occupari.

Itẽ lib. 2. epiſt. 31. in qua Gregorius cumanam et Muſitanam eccleſiãs præcipit eſſe unitas ꝓpter uicinitatem locorũ, & populos parũ frequẽtes, ut nõ cõueniat ſingulos, ſicut olim, habere ſacerdotes ꝓprios. Poſt alia præcipit nouo epõ: Vbi uero cõmodius, atq; utilius eſſe proſpexeris, ibi habitato, ita ſanè ut alteram eccleſiã cui corpora liter præſens non es ſollicita prouidentiaq; cura diſponas &c. Quibus uerbis ſupponebat ueluti certũ, q epẽs corporaliter in ſua eccleſia futurus

16. q. 1. Et tẽporis

Quo caſu interdum expediat duas eccleſias ẽẽ ſub uno epiſcopo.

erat, & in lucrandis, & curandis animabus, perpetuo laboraturus, cum ſtatim ſubdat, Fraternitas tua tanto in adhortatione populi lucrādisq́ꝫ animabus ſolicitiori cura ſemper inuigilet, quanto ſe unitarum eccleſiarum gubernationis onera ſuſcepiſſe cognoſcit. Hęc Gregorius ille uere magnus, eccleſiæ latinę & doctor & paſtor, quę receſui, uti ex his intelligat lector, ꝙ ignoratum erat ante hanc ætatem, Epiſcopum ſiue Paſtorē alium eccleſiaſticum abſentem à grege ſuo, poſſe proprio officio ſatisfacere, quod nec nunc arbitror ab aliquo eſſe intellectū. Sed qui abſunt uolētes & ſcientes rei impoſsibilitatem, malum magis abeſſe & in delicijs agere, ꝙ pręſentes faſtidia muneris paſtoralis deuorare.

Ex Epiſtola Euariſti Papæ.

Epiſcopum uero oportet opportune, atque ſine intermiſsiōe eccleſiam ſuam docere, eamq́ꝫ prudēter regere & amare, ut à uitijs ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſsit æternam.

Hiſt. Tripar. lib. 3. cap. 8.

Valētinianus Imperator.

Non incongrue ponemus inter decreta patrum & Gregorij. xi. factum, & Valentiniani Chriſtiani Imperatoris iudicium. Hic (ut fertur in hiſtoria tripartita) inſtante electione Epiſcopi Mediolanenſis ſic plebem & clerum eſt allocutus. Noſtis aperte, eruditi utiq́ꝫ diuinis eloquijs qualem oporteat eſſe Pontificem, & ꝙ non deceat eum uerbo ſolum, ſed etiam uita gubernare ſubiectos, & totius ſemetipſum imitatorem uirtutis oſtendere, teſtemq́ꝫ doctrinæ conuerſationem

nem bonam habere. Talem itaq; in pontificali conſtituite ſede, cui et nos, qui gubernamus imperium, ſyncere noſtra capita ſummittamus, & eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, neceſſario ueluti curantis medicamenta ſuſcipiamus. Hæc Cæſar.

Ille uero Romam ex Gallia tranſtulit pontificiam ſedem motus ex uerbis cuiuſdam Epiſcopi, qui interrogatus à Pontifice (dum ſimul inambularent) cur non rediret ad eccleſiam ſuam, q̃ malum erat illam ſine paſtore nudam relinq. Cur, inquit, tu ſumme Pontifex cæteris exemplum daturus tuum epiſcopatum non repetis? Quæ uerba adeo eum commouerunt, ut eis auditis continuo decreuerit ex Auinione Romã migrare, quod & fecit. Hæc duo in medium adduxi, ut uideat Chriſtianus lector, q̄ ſemper ab exordio eccleſiæ fuerit communis animi conceptio inter fideles cuiusuis ordinis, Paſtores eccleſiaſticos maxime omnium epiſcopos præſentes eſſe debere in ſuis eccleſijs. *Grego. 11. papa.*

Deinde etiam confirmatur hæc ueritas nonnullis regulis quas iuris appellant canoniſtæ & iuriſperiti. *Regulæ iuris.*

Primo dicit lex. C. de cadu. tollen. non eſt ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat.

Hinc regula iuris. Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum, & econtra, qui non ſentit onus, non ſentiat & commodum.

Eſt & alia deſumpta ex Gregorio in regiſtro. Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, et paſtor neſcit. Quæ regulæ ſatis aperte oſtendunt, ꝙ uniuerſa iura ciuilia & canonica damnāt abſentes Paſtores & pręſentes ocioſos, qui cum reportēt ſuorum officiorum commoda, nec uelint nec poſsint abſentes ſentire eorundem officiorum onera.

Argumentum ab uſu eccleſiæ Romanæ.

Præterea alia etiā uia probat̃ hęc nr̃a ſentētia. Nam hoc uiſa eſt tenere ab initio eccleſia Romana, quæ caput eſt reliquarū eccleſiarū & leges tulit Chriſti fidelibus. Ea autē uſa eſt ab initio & nunc etiam utitur, ut ſiquando cōtingat aſſumi aliquem ep̃m ad officiū Cardinalatus, abſoluatur à uinculo quo tenebatur eccleſiæ ſuæ. Ratio eſt, quoniam Cardinalis ex officio tenet̃ manere Romæ: Si uero ep̃s ex officio non teneretur manere in eccleſia ſua, non erat abſoluendus, ſed cum uinculo eccleſiæ ſuæ erat aſſumendus, ad officium Cardinalis, quod tamen non fit, ne ad duo incompatibilia aſſumatur ſimul eadem perſona, ut patet ex cerimoniali Roma. Sect. 8. c. 1. Vbi forma creandi Cardinalem ſic habet. N. epiſcopum Firmanum abſoluimus ab uinculo quo tenebatur eccleſiæ ſuæ firmanenſi, & ipſum aſſumimus in ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyterum Cardinalē. Ergo ſignū eſt certum quod epiſcopus tenetur manere in eccleſia ſua.

Confirmatur ex uſu eiuſdem eccleſiæ, qm̃ aſſumpto aliquo eccleſię miniſtro ad Cardinalatū

cenſentur uacare oĩa beneficia quę habebat ante aſſumptionẽ: quare Pontifex ſolet cũ illis diſpenſare in retentione beneficiorũ ut patet ex eodem cerimo. Sect. 8. c. 9. ubi ſic habetur, & qm̃ in aſſumptione ad Cardinalatũ cenſentur oĩa bñficia promoti uacare, conſueuit Pontifex per literas apoſtolicas ad partem diſpẽſare cum promoto, ut oĩa beneficia quę obtinebat retineat, & decernere illa non uacare, ſi ſecundum iura eſſet compoſsibilis Cardinalatus cum alio miniſterio eccleſiaſtico, non opus haberet diſpenſatione.

Secundo confirmat̃, qm̃ ſi contingat ꝙ Cardinalis aliquis eligat̃ ep̃s ſcd̃m iura cano. nõ erat confirmãda eius electio, ſed infirmanda & extinguẽda, ſiquidẽ manere debeat Romę ex munere Cardinalatus. nã ſi relicta Roma ſuæ uelit p̃ſens adeſſe eccleſiæ, nõ eſt cur dubitemus quin poſsit ep̃s creari qui eſt cardinalis: utrunq; patet ex. c. bonæ. de poſtu. prælat. quo. c. poſtu. eſt ad curã paſtoralem cardinalis quidam & extinguit̃ eius poſtulatio qa erat ĩpeditus officio cardinalatus, & ex. c. eccleſia ur̃a in. 2. de elect. qm̃ manẽs Romæ ut Card. manere debet, impedit̃ ab adminiſtratione ſuę eccleſię. Ergo tenet̃ illi p̃ns inſeruire Alioquin iniuſte extinguitur electio Card. cũ ſit canonica, & de uiro idoneo, nec ĩpedito incõpatibiliter, ſi ep̃s nõ teneretur ꝑpetuo manere ĩ ſua eccleſia &c. Hinc credo dixiſſe p̃res illos delegatos à Paulo. 3. Pont. Max. ut tractarent de reformatione eccleſiæ uniuerſalis, abuſum hũc inua-

fuiſſe in curia, ut Reuerendiſsimis Cardinalibus epiſcopatus conferantur, ſeu commendentur, nec unus tantum ſed plures. Quem abuſum ueriſsime dixerunt eſſe magni momenti in eccleſia dei, quia officium Cardinalatus, & officium Epiſcopi ſunt incompatibilia, quod uere & ſancte dixerunt.

Damaſus papa.

Hanc eandem ſententiam probat multo fuſius & doctius Damaſus papa in Epiſtol. 4. qua damnat corepiſcopos in eccleſia, deinde & epiſcopos, qui propter ſuam quietem corepis ſuas plebes committere nõ formidabant. Quos hiſce rationibus damnat.

Primo quia curam ſibi à deo commiſſam negligant, cum dominus dicat. Bonus paſtor animam ſuam ponit &c.

Adnotent epiſcopi q per uicarios ſuas eccleſias gubernãt.

Secundo quia epiſcopi talia præſumentes, uidentur ſimiles meretricibus, quæ ſtatim ut pariunt, infantes ſuos alijs nutricibus tradunt educandos, ut ſuam citius libidinem explere ualeãt. Sic & iſti infantes ſuos, id eſt, populos ſibi commiſſos alijs educandos tradunt, ut ſuas libidines expleant, id eſt, ut pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod unicuiq; uiſum fuerit, agant. pro talibus animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes uitiantur. & reliqua mala proueniunt. non taliter dominus docuit, nec apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi, qui curam

Gene. c. 31

ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios mani-

pulos domino repræſentent &c.

Tertio arguit ex facto Iacob Patriarchæ, qui poſtquam pro uxoribus diu ſeruierat, dixit Laban ſocero ſuo uiginti annis fui tecũ, oues tuæ & capreæ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi, diu noctuq; æſtu urgebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis &c. Si ergo ſic laborat et uigilat, qui paſcit oues Laban, quanto labori quantisq; uigilijs debet intendere qui paſcit oues dei? Sed in his omnibus ipſe nos inſtruat, qui dedit pro ouibus ſuis animam ſuam. Hæc Damaſus papa. Quis epiſcopus abſens à ſuis ouibus ualebit ſimilia dicere pri cœleſti, à quo accepit oues paſcendos? Nullus ut opinor. Audi quid in hæc uerba ſcribat Chryſo. in Gene. hom. 57. Vidiſti paſtoris uigilantiam? Vidiſti intentum ſtudium? Qualem habebunt excuſationem hi, quibus rationales greges crediti ſunt, & magnam præ ſe ferunt negligentiam, & quotidie iuxta Prophetã pecudes alias mactant, alias à beſtijs captas contemnunt, alias uero ab alijs raptas reducere non curant? Vide enim (inquit) die urebar æſtu, & nocte gelu, & diſcedebat ſomnus ab oculis meis. Quis hæc nunc poteſt dicere, quod propter eos, quos paſcit, tot ferat labores & pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audet, Paulo autem ſoli licebat hoc fidẽter dicere, atque his maiora: quis infirmatur, & ego non infirmor. Quis ſcãdalizatur, & ego nõ uror? ô paſtoris dilectionẽ *Chryſoſt.*

indulgentiſsimam. Alienæ ruinæ meos dolores augent. Aliena ſcandala fornacem doloris mei ſuccendunt. Hunc omnes imitentur, quibus rationales oues concreditæ ſunt, & ne deteriores fiant; hic qui tantæ in brutis pecudibus cuſtodiendis uigilantiæ fuit, idq; tot annorum numero, & illic quidem ſi in curia quædam occidens, nullum damnum, hic aũt ſi ouis rationalis perierit, uel à beſtia fuerit capta, graue damnum, maximum detrimẽtum, ineffabilis pœna. Nam ſi dominus noſter ſanguinem ſuum effundere pro illa non declinauit, quã uenia dignus fuerit, qui ſic honoratam à domino deſpicere uoluerit; & nõ omnia quæ poteſt in curanda ouicula adimpleuerit?

Gregorius Item Gregorius ſuper Ezechiel: hom. xi. ſuper illud, Sanguinem eius de manu ſpeculatoris requiram &c. Penſandum eſt quantum ſibi connexa ſunt peccata ſubditorum atq; præpoſitorum, quia ubi ſubiectus ex ſua culpa moritur, ibi is, qui præeſt, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Et ſiquando uos fratres ad iniquitatẽ defluitis, etiam ex noſtro reatu, hoc eſt, q̃ obſiſtentes atq; reclamantes in prauis deſiderijs non habetis. Vobis ergo & nobis parcitis; ſi à prauo opere ceſſaſtis, uobis & nobis parcimus, quando hoc quod diſplicet, non tacemus. O quàm liber à commiſſorum ſibi ſanguine fuerat prædicator egregius, qui dicebat: Mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quomi-

nus annunciarem omne conſiliũ dei uobis &c. Si enim non annunciaſſet, mundus à ſanguine non eſſet, ſed quibus omne conſilium Dei annunciare ſtuduit, ab eorum ſanguine mundus fuit. In qua uoce nos conuenimur, nos conſtringimur, nos rei eſſe oſtẽdimur, q ſacerdotes uocamur, qui ſuper ea mala quę ꝓpria habemus, alienas quoq; mortes addimus, q̃a tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi tacentes uidemus. Cum uero dicitur, ſanguinẽ eius de manu tua requiram: ſi hoc in loco ſanguinis nomine mors corporalis deſignatur, ualde nobis de noſtro ſilentio augetur metus, quia ſi in ſubiectis ſuis, is qui prælatus ad ſpeculandum eſt, & de morte corporis quandoque morituri tam grauiter reus tenetur, quo reatu de morte animæ, ſubiecti conſtringitur, quæ potuiſſet ſemper uiuere, ſi uerba correctiõis audiſſet? Sanguis ergo morientis, de manu ſpeculatoris requiritur, quia peccatum ſubditi culpa eſſe præpoſiti ſi tacuerit, reputatur. Eſt ergo quod faciat, ut etiã moriente ſubdito ſe liberũ reddat, ſurgat, inuigilet, malis actibus contradicat. Tunc enim ſubiectus moritur ſine te, quando in cauſa mortis cõtradictorem pertulerit te. Nam morti cui non contradicis, adiungeris. Hæc Grego. papa.

Adnotent hæc diligẽter qui in eccleſia paſtorum nomine gaudent.

Hæc adeo plana ſunt, ſi Gregorio & ſancto Pontefi. ſummo, & eccleſię doctori, adhibere quis uelit fidem, ut tergiuerſationi nequaquam ſit locus.

CAPVT .VIIII. SANCTORVM PAtrum doctrina reſidentia epiſcoporum demonſtratur neceſſaria.

Tertiū genus argumentum, à doctrina patrum et doctorum eccleſiæ.

HANC ſentētiā tradiderūt nobis oēs patres eccleſię primo Clemens Papa epiſtola. 3. in principio. Oportet fratres omnes doctores, qui ad ſalutē aīarum inſtituti ſunt, et ad lucrandas animas epiſcopi ſunt conſecrati, pro cunctis ſolicitudinem gerere: & errantes ad uiam ueritatis, & ad portam ſalutis reducere.

Hieronymus.

Itē Hie. Tom. 2. i epiſtola ad Oceanū, ubi explicans uerba Pauli ad Tit. Oportet epm ſine crimine eſſe &c. deſcribit qualem oportet eē epm. In euangelio, & futuri paſtoris longa orone uitā definiat quā ſeparatus paſtor ab ouibus uiuere, nulla ratione poteſt, ad quē librū remitto lectorem, ut ex illo ꝓbet uel improbet ſniam nrām.

Item ad Paulinū. Officium paſtorꝝ eſt eſſe diſpenſatores: Græce œconomos myſteriorꝝ Dei & doctrinæ myſticæ, iuxta illud. Sic nos exiſti-
1. Cor. 4. met homo ut miniſtros Chri & diſpenſatores myſteriorum Dei.

Idem ſunt apud Paulum epiſcopus et doctor.

Quis nō uidet hæc requirere pręſentem epm quæ per abſentem exerceri minime poſſunt? In commentarijs Ephe. 4. in hæc uerba dedit alios Apoſtolos, alios prophetas, alios paſtores & doctores. Hiero. ſic habet. nō dixit Apoſtolus Paulus alios paſtores, et alios doctores; ſicut di-

ſerat,alios Apoſtolos,alios ꝓphetas, ſed alios paſtores & doctores,indicans non eſſe diuerſos paſtores,& doctores,ſed quod idē eſt in eccleſia paſtor,qui & doctor. Cū ergo abſens nō poſſit eſſe doctor,ergo nec paſtor.

Hoc idem ſentit Auguſtinus in epiſtola. 58. reſpondens Paulino quærenti quæ eſſet differentia inter paſtores & doctores, eo quod præpoſitis eccleſiæ utrunq; nomen adſcriberetur. Cui Auguſtinus ubi ſupra. q. 4. ſic reſpondet: Paſtores autem & doctores, quos maxime ut diſcernerem uoluiſti, eoſdem puto eſſe ſicut & tibi uiſum eſt, ut nō alios paſtores, alios doctores, intelligamus. Ideo cū prędixit paſtores, ſubſumxit doctores, ut intelligant paſtores, ad officium ſuum pertinere doctrinam. *Auguſtinus.*

Sed & Nicolaus papa primus cuius decreta extant in. 2. Tomo conciliorum, de paſtoribus qui & doctores eſſe deberent, ſic dicit. *Nicolaus papa.*

Epiſcopis diſpēſatio cœleſtis ſeminis iniūcta eſt. Væ ſi nō ſparſerint. Væ ſi tacuerint, ſicut uas electionis formidat, & clamat. Si euāgelizauero non eſt mihi gloria, neceſsitas. n. mihi incumbit. Væ. n. mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si. n. uolens hoc ago, mercedem habeo, ſi autē inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. *D. 43. cap. ſin.*

Quo circa idē Nicolaus poſt pauca ſubiūxit.

Epiſcopos uero, qui dominici gregis ſuſcipiunt curam, atq; ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, ut accepti

talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorũ ſalubriter augeatur, & triplicatur fructus. Hæc ille.

Enimuero, qui à gregibus ſuis diſcedunt paſtores qui uelut canes latratibus abigere ab ouibus lupos nõ curant, ſe ipſos & oues perdunt. Si euangelizauero (dicebat Paulus) mercedẽ habeo, mercedẽ quidẽ nõ, tm̃ æternã, ſed & tẽporalẽ. Quis militat (eodẽ cap. dicebat Apoſtolus) ſuis ſtipendijs unq̃? Quis plantat uineam, & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? ergo qui non plantat uineam, immo qui ut aper de ſylua eam extermi nat, quo iure eius fructu ueſcetur? Qui gregem non modo non paſcit, ſed mactat & perdit, quo modo de gregis lacte manducabit? Qui non laborat (inquit Apoſtolus) non manducet. Hoc idem in lib. de paſtoribus cap. 10. aſſerit Augu-ſtinus ubi aperte indicat, ꝙ epiſcopi, qui non laborant in prædicatione uerbi, non percipiebant fructus ex ouibus, ibi loquens de malis paſtoribus, qui prædicantes legem operantur contra illam, dicit. Non uos (loquens ad populum) ipſi paſtores mali paſcunt, ſed Deus, quia uelint nolint, paſtores, ut perueniant ad lac & lanam, uerba Dei dicturi ſunt. Hæc Auguſtinus. Quibus uerbis indicat ꝙ percepturi lac & lanam ex ouibus, debent neceſſario uerbum Dei prædicare. Sed et, Væ ouibus ſi paſtorem nõ habeant, qui paſcuis uberrimis diuini uerbi eas paſcat. Qui

Tempore Auguſtini epiſcopi non laborantes in prędicatione uerbi, nõ percipiebãt fructus in eccleſia.

cum errantes uiderit, reducat, & ad ſalutis uiam ducat oues, qui ita inuigilent custodiantq; uigilias noctis ſuper gregem ſuum, ita aſsiduis latratibus circūeant gregem, ut non modo non mactet, ſed nec graſſari audeat lupus. At ſi paſcua non habeant oues, unde illis lac ut nutrire poſſint paſtorem? Si proprijs ob paſtoris culpā expoliantur pelliculis, unde illis lāna ut calefaciant epiſcopum? Si deniq; paſtoris ſomnolētia grex luporum eſt eſca, unde ouibus fœtus ut ipſum cibare poſsint? Mercedem deniq; ſuam, ſuasq; oues mali paſtores perdunt. Vnde Auguſtinus in lib. de paſtoribus. ca. 8. ubi optime diſtinguit bonum à malo paſtore, poſt alia ſubiungit: Audi quid ſentit de iſta negligentia malorum uel falſorum paſtorum. Et diſperſæ ſunt oues meæ eo quòd non ſit paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnibus beſtijs agri. furantur lupi inſidiantes, rapiunt leones frementes cum oues non hærent paſtori. Hæc ille. Sed quomodo poſſunt hærere illis, ſi per aulas Cæſarum uagantur? Si fugiunt ab ipſis paſtores, quid non inſequentur gregem leones? Quid non inuadent ipſum rapaces lupi cæteræq; beſtiæ agri, ut morſu amariſsimo deuorent eum? Si pace compoſita paſtores oues deſerunt, tempore perſecutionis, quonam comparebunt? Cum & tanto aſtringantur uinculo, ut perſecutionis etiā tempore ipſis diſcedere ab ouibus minime liceat, Sed uelut ille bonus paſtor (ſi opus eſt)

Auguſtinus.

animas ſuas pro quibus ſuis ponant? Qua de re Nicolaus ille Pontifex ubi ſupra cuidam epiſcopo ſciſcitanti, temporéne perſecutionis ſuas poſſet deſerere oues, reſpondet ſic.

Nicolaus papa 1 7.q.8. Sciſcitaris

Sciſcitaris, utrũ cũ à Normanis, ab epiſcopio depellaris, debeas de cætero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias chariſsime frater, quòd ſicut perniciòſum eſt proreptam in tranquillitate nauim deſerere, quanto magis in fluctibus? Vbi non dicimus quòd perſecutorum nõ fugiamus inſidias (maxime paganorum) cum ad tempus ſeuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum nocendi facultatem diuinitus aſſequuntur, præſertim cum eis prodire ultro non debeamus; & multos ꝓphetas & Apoſtolos, ipſum quoq; dominum huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius conſtet, Sed quòd præcipue nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus, immo qui & horũ paſtores ſumus (Deo authore) cum eis in periculis pro uiribus perſiſtere pro cætero conueniat. Et cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitaq; furẽtiũ infeſtatio, mox gregem perquirere & in unum colligere & eius animos cœleſti patriæ ac ſecuritate prædicata, erigere debemus. Hæc Nicolaus papa.

Auguſtinus

Item Auguſtinus epiſtola.180.ad Honoratũ explicans; quando & quomodo fugiendum in perſecutione, & quibus, & quando non liceat epiſcopis fugere imminente periculo perſecu-

tionis, docet illic inter alia; quando eſt barbaricus & hoſtilis incurſus, licet quidem fugere, ſed his quos eccleſiaſtici officij non tenent uincula. Hæc Auguſtinus.

Quibus & quādo liceat fugere imminētem perſecutionem.

Item in eadem epiſtola idem Auguſtinus ſic dicit. Recolimus uerba dicentis. Cum perſequētur uos in ciuitate iſta, fugite in aliam &c. Tunc de locis in quibus ſumus premente perſecutione fugere Chriſti miniſtris licet, quando ubi aut plebs Chriſti non fuerit, aut poteſt impleri per alios neceſſarium miniſterium, quibus non eſt eadem cauſa fugiendi, ſicuti in ſporta ſubmiſſus fugit Paulus cum à perſecutore proprie ipſe quæreretur. Alijs utiq; neceſsitatem ſimilem non habentibus, à quibus illic, abſit ut deſereretur miniſterium eccleſiæ, ſicut fugit Athanaſius Alexandrinus epiſcopus, cum eum ſpecialiter apprehēdere Cōſtantius cuperet imperator, ne quaq; à cæteris miniſtris deſerta plebe catholica, quæ in Alexandria cōmanebat: Quicūq; igitur ſic fugit, ut eccleſiæ neceſſarium miniſterium illo fugiente non deſit, quod dominus præcepit, ſiue permiſit. Qui autem ſic fugit ut gregi Chriſti ea, quibus ſpecialiter uiuit, alimēta ſubtrahantur, mercenarius ille eſt, qui uidet lupum uenientem & fugit, quoniam nō eſt ei cura de ouibus. Hæc Auguſtinus.

Huic ſententiæ ſubſcribit. S. Thomas. 22. q. 185. Arti. 5. ubi allegat decretum Nicolai papæ, & quæ dicebamus ex Auguſtino.

Bernardus Item Bernardus de perſecutione ſuſtinenda. cap. 31. declarans illud domini. Mercenarius uidet lupum uenientem, & fugit &c. ſic dicit. Vtinam hodie quicunq; paſtores non ſunt, mercenarios gregi uellent ſe exhibere, non lupos, utinam ipſi non lęderent. Vtinam non fugerent nemine perſequente, utinam non exponerent gregem donec lupus ueniens uideretur. Nimirum ſuſtinendi fuerant, ſi inuenirentur præſertim tempore pacis recipientes mercedem ſuam, ut pro mercede ſua ſaltim in cuſtodia gregis laborãtes, dummodō non ipſi turbarent gregem & gratis auerterent à paſcuis iuſtitiæ & ueritatis. Nam perſecutio quidem indubitanter mercenarios à paſtoribus ſegregat & diſcernit. Quando enim tranſitoria damna non timeat, qui temporalia lucra ſectatur? Quando terrenam ſuſtineat perſecutionem propter iuſtitiam, qui terrenam mercedem pluſquam iuſtitiam quærit?

Ambroſius. Audi et aliũ teſtẽ nõ minoris fidei. Ambro. q in lib. de digni. ſacerdo. ca. 3. poſt alia ſic habet.

Hæc uero cuncta fratres ideo nos pręmiſiſſe cognoſcere debetis, ut oſtẽderemus nihil eſſe in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, nihil ſublimius epiſcopis reperiri, & cum dignitatem epiſcopatus, epiſcoporum oculis demonſtramus, & digne noſcamus quid ſumus, & quid ſumus, profeſsione, actione potius, q̃ nomine demonſtremus, ut nomẽ congruat actioni, actio reſpõdeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimen im-

mane, & poſt pauca. Sic epiſcopum nō aliud niſi epiſcopalis opera deſignat, ut ex bono opere magis q̃ profeſsione noſcatur epiſcopus.

Idem cap. 6. ubi ſupra de officio epiſcopi.

Oculorum etiam in corpore officium, id eſt in eccleſia, uoluntarius accepiſti, ut reliquum per te corpus ducatũ lucis haberet. Epiſcopus enim à cunctis indubitâter uocaris, preſertim cũ ipſo nomine cenſeris, Si tamen actio concordet nomini, & nomẽ ſe ſociet actioni. Nam quid aliud interpretatur epiſcopus, niſi ſuperinſpector, maxime cum ſolio in eccleſia editiore reſideat, & ita cunctos reſpiciat, ut & cunctorum oculi in ipſum reſpiciant? *Epiſcopi ſunt uice oculorum in eccleſia.*

Idem libro. 3. de Abraham. cap. 6.

Paſtores ſunt magiſtri gregum, uel diligẽtes, & ſobrij non ſinentes agrorum culta obteri pedis ueſtigio, atq; à duris ſentibus, uel negligentes & remiſsi, qui non reuocent pecus ſuum, quo herboſa, & non fructuoſa paſcatur, ſed libere uagari per uarios agri fructus ſinant. Hæc Ambroſius.

Eiuſdem ueritatis catholicæ & alter teſtis accedat omni exceptione maior. Bernardus in libro de conſi. ad Euge. Et in declama. de uerbis Petri. Ecce nos reliquimus oĩa, &c. Summopere urget hoc argumentum de miniſterio & reſidentia paſtorꝝ eccleſiæ. in declamatiõe ſic habet. *Bernardus*

Iam qui ꝑ Chriſtũ ſibi i ſortẽ miniſterij huius introiſſe uidetur, de cętero quemadmodum ei

ſeruiat, quemadmodum miniſtret, quemadmodum paſcat, tripliciter, exemplo cõuerſationis, uerbo prædicationis, fructu orationis, gregem domini, ſolicita ſecum examinatione diſcutiat. indignus enim lacte & lana cõuincitur, ſi nõ paſcat oues, ſi nõ uigilat in cuſtodia gregis, iudiciũ ſibi mãducat & ueſtit. Væ, uæ, tibi clerice: Mors in olla, mors in olla, mors in ollis carniũ, mors in hmõi delitijs eſt, non modo quia ſecus introitũ delectationis poſita eſſe cognoſcitur, ſed ob id maxime, quia populi conſtat eſſe peccata, quę comedis. Sumptus eccleſiaſticos gratis habere te reputas? Cantando (ut aiunt) tibi prouenire uidentur, Sed bonum erat etiam fodere, aut mãducare. Peccata enim populi comedis, ac ſi propria tibi minus ſufficere uiderent. Solicitus eſto, tanquam redditurus rationem pro eis, gemitus fundere, dignos agere pœnitentię fructus, alioquin tibi noueris ea imputanda, quæ modo inter delitias comedis, & paruipendis, & diſsimulas tanquã nihil attinentia tibi. ò iudiciorum Dei abyſſus multa. ò terribilis Deus in conſilijs ſuper filijs hoĩum. fruſtra tũc incipient miſeri dicere mõtibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos Venient, uenient ante tribunal Chriſti, audietur populorũ querela grauis, accuſatio dura, quorum uixere ſtipendijs, nec diluere peccata, à quibus facti ſunt duces cæci, fraudulẽti mediatores. Quid tibi inſipiens delitiæ ſapiunt? Quia diuitię illæ cæcos delectant oculos, quibus mercaris tã

Adnotent hæc paſtores qui extra ſuas eccleſias uagantur

graue iudicium, tam duræ temetipſum obligas rationi? Vniuerſa ſiquidem uſq; ad quadrãtem nouiſsimum exigeris.

Idem ſermo. 3. de Aduentu Domini.

Lõge tamẽ grauiori & periculoſiori debito tenentur adſtricti, ſiqui pro multis animabus reddituri ſunt rationem. Quid ego infelix? quò me uertã ſi tãtũ theſaurũ, ſi pretioſum depoſitũ iſtud, quod ſibi Chriſtus, ſanguine proprio pretioſius iudicauit, contigerit negligentius cuſtodire? Si ſtillantem ĩ cruce dñi ſanguinẽ collegiſſem, eſſet repoſitus penes me in uaſe uitreo, quod & portari ſæpius oporteret, quid animi habiturus eſſem in diſcrimine tanto? Et certe id ſeruandum accepi, pro quo mercator nõ inſipiẽs (ipſa utiq; ſapientia) ſanguinem illum dedit. Sed & habeo theſaurum iſtud ĩ uaſis fictilibus, & quibus multo plura ꝙ̃ uitreis imminere pericula uideantur. Accedit ſanè ad ſolicitudinis cumulum & pondus timoris, ꝙ cum et meã, & proximi conſciẽtiam ſeruare neceſſe ſit, neutra mihi ſatis eſt nota. Vtraq; abyſſus eſt imperſcrutabilis. Vtraq; mihi nox eſt, & nihilominus exigitur à me utriuſq; cuſtodia, & clamatur. Cuſtos qui de nocte. Cuſtos qui de nocte. Nõ eſt mihi dicere cũ Caim. Nunqd cuſtos fratris mei ſum ego. Sed eſt fateri humiliter cũ Propheta. Quia niſi dñs cuſtodiret ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam.

Bernardus.

Verba hæc aureis literis erãt annotanda et pectoribus paſtorum inſcribenda.

Idem in Pſal. Qui habitat. Sermo. 6.

Ipſa quoq; eccleſiaſticæ dignitatis officia in

Officia eccleſiaſtica in quæſtũ tranſeunt.

turpem quæſitum & tenebrarũ negotium tranſiere, nec in his ſalus aīarum, ſed luxus queritur diuitiarũ. Propter hoc tondentur, propter hoc frequentant eccleſias, miſſas celebrant, pſalmos decantant. Pro ep̄atibus, et Archiepiſcopatibus, Abbatijs alijsq́ꝫ dignitatibus impudenter hodie decertatur, ut eccleſiarum redditus in ſuperfluitatis & uanitatis uſus diſsipentur.

Idem Sermo. 77. Super Canti.

Bernardus.

Non omnes ſunt amici ſponſi, quos hodie ſponſę hinc inde aſsiſtere cernis, & qui (ut uulgo aiunt) eam quaſi addextrare uidentur. Pauci admodum ſunt, qui non quæ ſua ſunt quærant ex omnibus charis eius. Diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere Chriſtum, quia manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati circumamicti uarietatibus, tanq̄ ſponſa ꝓcedens de thalamo ſuo. Nonne ſi quēpiam talium repente eminus procedentē aſpexeris, ſpōſam potius putabis, q̄ ſponſæ cuſtodem? Vnde uero hāc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiam, ueſtium ſplendorem, menſarꝫ luxuriem, congeriem uaſorum argenteorũ & aureorum, niſi de bonis ſpōſæ? Inde eſt q̄ illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miſerāda, inculta, hiſpida, exanguis. Propter hoc nō eſt, hoc tp̄e ornare ſpōſam, ſed ſpoliare: nō eſt cuſtodire, ſed perdere: nō eſt defendere, ſed exponere: non eſt inſtituere, ſed proſtituere: non eſt paſcere gregē, ſed mactare et deuorare. Dicente de illis dño.

Attendant q̄ diteſcũt ex facultatibus eccleſiaſticis

Qui deuorãt plebem meam ut cibum panis, & *Pſal. 52.*
quia comederunt Iacob, & locum eius deſolaue
rũt. Et in alio Propheta. Peccata populi mei co *Oſee. 4.*
medent, quaſi dicat. Peccatorum pretia exigũt,
& peccantibus debitam ſolicitudinẽ nõ impen=
dunt. Quem dabis mihi de numero præpoſito-
rum, qui non plus inuigilet ſubditorũ euacuan=
dis marſupijs, quàm uitijs extirpandis? Vbi qui
orando flectat iram, qui prædicet annum placa-
bilẽ dño? Leuiora loquimur, grauiora, grauius
manet iudicium. Sine cauſa tamẽ uel his, uel illis
immoramur, quia non audiunt nos. Sed & ſi li-
teris forſitan mandentur iſta quæ dicimus, dedi
gnabuntur legere, aut ſi forte legerũt, mihi indi=
gnabuntur, q̃uis rectius ſi hoc facerent. Propte
rea relinquamus iſtos nõ inuentores ſponſæ: ſed
uẽditores, & inquiramus potius illos, à quibus
ſpõſa ſe inuentam loquitur. Et quidem illorꝫ iſti
ſortiti ſunt miniſterij locum, ſed nõ zelum. Suc=
ceſſores omnes cupiũt eſſe, imitatores pauci. O'
utinam tam uigiles reperirentur ad curam, q̃ꝫ ala
cres currunt ad cathedram. Vigilarent utiqꝫ ſoli-
cite ſeruantes ab illis ſibi creditam. Immo uero
euigilarẽt pro ſemetipſis, nec ſinerent de ſe dici.
Amici mei et proximi mei aduerſum me appro *Pſal. 37.*
pinquauerunt & ſteterunt. Iuſta omnino queri=
monia, nec ad ullam iuſtius q̃ꝫ ad noſtram refe-
renda ætatem. Parum eſt noſtris uigilibus ꝙ nõ
ſeruant nos, niſi & perdãt. Alto quippe demerſi
obliuionis ſomno ad nullũ dñicę cõminationis

tonitruũ expergiſcunt, ut uel ſuũ ipſorum periculũ expaueſcãt. Inde eſt quod nõ parcant ſuis, qui nõ parcunt ſibi, perimẽtes pariter & pereuntes &c.

Et poſt pauca ſubiungit.

Et qui dimittit oues in paſcua abſque cuſtode, paſtor eſt non ouium, ſed luporum, &c.

Et quid clarius, ut cõijcere quis poſsit, quod qui nõ proprias cuſtodit oues eas ĩ luporum paſtũ ſeruet & in cibos cunctis beſtijs agri parent gregẽ: Non paſcua gregi, ſed ut grex in paſcua ſit lupis paſtoris facit abſentia. Si mercenarij alleges cuſtodiam, nõ eſt, quod effugere poſsis Bernardi, imo & Chriſti ſententiam. Nõne Chriſtũ audiſti dicentem quod lupi incurſum, mercenarius effugiat, & dimittat oues, eo quod mercenarius ſit, & nõ pertineat ad eum de ouibus, & ſic lupus rapit & diſpergit gregem? Igitur ſi non ipſe cuſtodias, ſi non defendas, ſi nõ paſcas gregem, pro lupis oues cuſtodis, luporum denique paſtor & procurator es. Si enim patris non adſumeres nomen, ſuffeciſſet forſan Deus, qui nõ modo ut pater cõgregaret filios, ſed ut mater ad ubera portaret, lactaret, foueret, atque filios nutriret, ſuique potius obliuiſceretur quam filiorum. Non defuiſſet ouibus pro quibus bonus ille paſtor mortuus eſt, paſtor inquam, ſi paſtoris dignitatem, & ſi non curam ſortitus fuiſſes, qui ſuis oĩbus relictis, etiam pro una tantum errabunda oue deſertum aſcenderet, & inuentam gaudens humeris ſuperponeret proprijs & præ gaudio uicinos ut ſecum

Ioan. 10.

congratularentur conuocaret. Si doctoris, cuſtodiſq; perſonam nõ induceres tuum profecto locum alius aſcenderet qui uiam ſalutis uerbo, & exemplo populum ſuum doceret, qui cuſtodis ita officium expleret, ut muros ciuitatis, oui leq; ſui gregis aſcendens diebus ac noctibus à clamoribus non ceſſaret, ut lupos à gregibus arceret, qui & lectum ſtrati ſui nõ aſcenderet, & oculis ſuis ſuiſq; palpebris negaret ſomnum quoad uſq; requiem gregi ſuo inueniret. Modo cũ iam pr̃is, paſtoris, doctoris atq; cuſtodis obtinueris locũ, cũ non paſcas, non cuſtodias, quæ maxima indigẽt cuſtodia, oues; quæ, ut paſcua ſibi ſpiritualia, & æterna, cuſtodia atq; paſtoris præſidio comparare poſſent, magalia huius uitæ habitant, quas cum (ut deuoret) tanq; leo rugiens, hoſtis antiquus ſæpiſsime, immo inceſſanter circuit: Non ne cuſtos es luporũ infernalium, qui ut ipſi nemine cõtradicẽte auidius, & facilius deuorent, & in oues graſſentur, nomen cuſtodis ſum pſiſti quo te ſuperſtite, qui cuſtodire gregẽ poſſet, tuis nõ præficiatur ouibus? Deniq; dum cathedra frueris paſtorali, fores cuſtodis, ne qui cuſtodiat gregem domini introire poſsit.

Athanaſius in epiſtola ad Hebręos ca. ult.

Athanaſius. Intelligant, qui aliorum ſunt duces, & cęteris præſunt, quia quemadmodum neceſſe eſt, ut populus obſequentem ſe præbeat, & præſidibus ipſis morigerum, ita & ſacerdotem oportet, ut aliorum animas curet, uel noctes ducat inſom-

tonitruũ expergiſcunt, ut uel ſuũ ipſorꝫ pericu- lũ expaueſcãt. Inde eſt ꝙ nõ parcant ſuis, qui nõ parcunt ſibi, perimẽtes pariter & pereuntes &c.

Et poſt pauca ſubiungit.

Et qui dimittit oues in paſcua abſq; cuſtode, paſtor eſt non ouium, ſed luporum, &c.

Et quid clarius, ut cõnijcere qs poſsit, ꝙ qui nõ proprias cuſtodit oues eas ĩ luporꝫ paſtũ ſer uẽt & in cibos cunctis beſtijs agri parent gregẽ: Non paſcua gregi, ſed ut grex in paſcua ſit lupis paſtoris facit abſentia. Si mercenarij alleges cu- ſtodiam, nõ eſt, quod effugere poſsis Bernardi,
Ioan.10. imo & Chriſti ſententiam. Nõne Chriſtũ audi ſti dicentem ꝙ lupi incurſum, mercenarius effu- giat, & dimittat oues, eo ꝙ mercenarius ſit, & nõ pertineat ad eum de ouibus, & ſic lupus ra- pit & diſpergit gregem? Igitur ſi non ipſe cuſto- dias, ſi non defendas, ſi nõ paſcas gregem, pro lu pis oues cuſtodis, luporꝫ denicꝫ paſtor & procu rator es. Si enim patris non adſumeres nomen, ſuffeciſſet forſan Deus, qui nõ modo ut pater cõ gregaret filios, ſed ut mater ad ubera portaret, la ctaret, foueret, atq; filios nutriret, ſuiq; potius obliuiſceretur ꝙ̃ filiorum. Non defuiſſet ouibus pro quibus bonus ille paſtor mortuus eſt, pa- ſtor inquam, ſi paſtoris dignitatem, & ſi non cu ram ſortitus fuiſſes, qui ſuis oĩbus relictis, etiam pro una tantum errabunda oue deſertum aſcen deret, & inuentam gaudens humeris ſuperpo- neret proprijs & præ gaudio uicinos ut ſecum

congratularentur conuocaret. Si doctoris, cu-ſtodiſq; perſonam nõ induceres tuum profecto locum alius aſcenderet qui uiam ſalutis uerbo, & exemplo populum ſuum doceret, qui cuſto-dis ita officium expleret, ut muros ciuitatis, oui leq; ſui gregis aſcendens diebus ac noctibus à cla moribus non ceſſaret, ut lupos à gregibus arce-ret, qui & lectum ſtrati ſui nõ aſcenderet, & ocu-lis ſuis ſuiſq; palpebris negaret ſomnum quoad uſq; requiem gregi ſuo inueniret. Modo cũ iam p̃ris, paſtoris, doctoris atq; cuſtodis obtinueris locũ, cũ non paſcas, non cuſtodias, quæ maxi ma indigẽt cuſtodia, oues, quæ, ut paſcua ſibi ſpi ritualia, & æterna, cuſtodia atq; paſtoris præſi-dio comparare poſſent, magalia huius uitæ habi tant, quas cum (ut deuoret) tanq; leo rugiens, ho ſtis antiquus ſæpiſsime, immo inceſſanter circeũ eat: Non ne cuſtos es luporũ infernalium, qui ut ipſi nemine cõtradicẽte auidius, & facilius deuo rent, & in oues graſſentur, nomen cuſtodis ſum pſiſti quo te ſuperſtite, qui cuſtodire gregẽ poſ-ſet, tuis nõ præficiatur ouibus? Deniq; dum ca-thedra frueris paſtorali, fores cuſtodis, ne qui cuſtodiat gregem domini introire poſsit.

Athanaſius in epiſtola ad Hebręos ca. ult.

Athanaſius. Intelligant, qui aliorum ſunt duces, & cęteris præſunt, quia quemadmodum neceſſe eſt, ut po pulus obſequentem ſe præbeat, & præſidibus ipſis morigerum, ita & ſacerdotem oportet, ut aliorum animas curet, uel noctes ducat inſom- 51

nes, ut populi ſaluti inuigilet, ut qui rationem ſit pro populi facinoribus redditurus.

Origenes ſuper lib. Ioſue Homi. 7.

Origenes. Paſtor es, uides ouiculas dñi, ignaras periculi ferri ad præcipitia, & per prærupta pendere, & non occurris? Non reuocas? Non ſaltem uoce cohibes, & correptionis clamore deterres? Sic memor es Domini ſacramenti, ut cum ille derelictis nonaginta nouem in cœleſtibus propter unã ouiculam, quæ errauerat, ad terrenas deſcenderit, & inuẽtam uectauerit humeris ſuis ad cœlũ? Nos in nullo prorſus in curandis ouiculis magiſtri paſtoris ſequamur exemplum.

Cõtra multos paſtores.

Idem ſuper Gene. Homi. 16.

Vis ſcire quid interſit inter ſacerdotes Dei, & ſacerdotes Pharaonis? Pharao ſacerdotibus ſuis terras concedit: Dominus autem ſacerdotibus ſuis partem, non concedit in terra, ſed dicit eis. Ego ſum pars ueſtra. Obſeruate ergo qui hæc legitis omnes Domini ſacerdotes, & uidete, quæ ſit differentia ſacerdotum, ne forte qui partem habet in terra, & terrenis cultibus ac ſtudijs uacant, non tam domini, quàm Pharaonis ſacerdotes eſſe uideãtur. Ille eſt enim qui uult ſacerdotes ſuos habere poſſeſsiones terrarum, & exercere agri, non animæ culturam, ruri, nõ legi operam dare. Chriſtus autem Dñs noſter quid ſacerdotibus ſuis præcepit, audiamus: Qui nõ abrenunciauerit (inquit) omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Beatus Cyprianus martyr non fuit alienus ab hac cæterorum patrum ſententia in ſuis epiſtolis. In epiſtola tertia, in primo libro poſt alia ſic habet.

Singulis paſtoribus portio gregis eſt aſcripta quam regat unuſquiſq; & gubernet ratione ſui actus Domino redditurus.

Item Chryſoſt. & hanc urget ueritatem in libris de ſacerdotio, & ſuper Math. c.26. ubi poſt alia multa ſubiungit. *Chryſoſt.*

Modo autem in procuratores, diſpenſatores, caupones redacti epiſcopi ſunt, immo uero iſtos etiam cura & ſolicitudine ſecularium rerum ſuperant.

Item Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus latiſsime diſputat de munere epiſcopali in libro ſuo apologetico, in quo congeſsit tot & tanta ueluti neceſſaria, ut quis poſsit rite ſatisfacere muneri ſacerdotali, ut uix poſsit homo aliquis etiam præſens illa præſtare, tm̃ abeſt ut abſens & alijs occupatus poſsit. Idem in ſermone de ſemet ipſo de agro reuerſo cũ per dies aliquot abfuiſſet ab eccleſia ſuâ, ut quieti & contemplationi uacaret: Audi quibus uerbis curauit gregi ſatisfacere. *Lege Gregorium in orone. 4. quam habuit præſente patre & Baſilio magno cũ in epiſcopum Aſimorũ fuiſſet electus.*

Regreſſus ſum uobis, nõ quidem abſtractus, ſed retractus affectu ſpiritus nos agente ad uos. Ego ergo cum præſens eſſem minus ex affectu ſentiebam laboris: Cũ uero iuſſus ſum abſtrahi ac ſeparari tũc ſenſi amorẽ, uelut dulcem quen-

dam tyrannium & nihil noui eſt, ſi enim grauiter fert & dolet plurimũ armentarius cũ à grege uitulus abſceſſit, uel paſtor cũ ouis deeſt, uel auis ſi fœtus auferatur ex nido, quem parumper reliquerat, quanto amplius putatis ineſſe ſolicito paſtori erga rationabilem gregem? maxime pro quo etiam periculi aliquid pertulit, ex quo proculdubio plus aliquid ad ſtimulum amoris accedit. Quoniam conturbare gregem aeris turbo modicus facit, hoc accidit quoq; per morbi alicuius languorem, facit hoc & beſtia ſubito atq; ex improuiſo gregibus ſuperueniens. Hæc ego timidus paſtor, qui pro multa circunſpectione & cautela uelut ſegnis & deſidioſus incuſor. ſed nõ opto ex illis paſtoribus inueniri, qui lac quidem comedunt, & lanis operiuntur, & quod craſſum eſt iugulant, & labore conficiunt, uel in pretium uertunt & dicunt. Benedictus dñs, qm̃ ditati ſumus, qui ſemetipſos paſcunt magis q̃ oues. Sed ex illis opto inueniri paſtoribus, qui dicunt. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & nõ ego uror? per ſolicitudinẽ ſcilicet qui dicunt. Nõ quęro quę ueſtra ſunt, ſed uos, & ex illis qui adurebantur æſtu ſolis p diem, & gelu frigoris noctu. Patriarchę paſtoris opus illud eſt, cuius oues ſignatæ oẽs, & quæ di dicerint in canalibus potatæ ex intuitione & cõcupiſcentia concipere uirgarũ. Hæc Gregorius Nazian. ex quibus facile eſt intelligere propriã in hac cauſa ſententiam.

Non erat ſilentio prætereundus D. Cyrillus *Cyrillus*
Alexan. Epiſcopus, eccleſiæ ueteris ſydus fulgẽ-
tiſſimum, qui nõ indiligenter hanc noſtrã anno
tauit ſententiam. Pri. in Leuit. 6. lib. ſic habet.

Siquis uult pontifex nõ tam uocabulo eſſe ꝗ̃
merito, imitetur Moſen, imitetur Aaron. Quid *Exod. 33.*
enim dicitur de eis? Quia non diſcedunt de taber-
naculo Dñi. Erat ergo Moſes in tabernaculo do-
mini. Quod aũt opus eius erat? Vt à Deo aliqd
diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo
ſunt pontificis opera, ut à Deo diſcat legendo *Officia*
ſcripturas & ſæpius ruminando, aut populum *epiſcopo*
doceat, ſed illa doceat quę ipſe à Deo didicerit, *rum.*
non ex proprio corde uel ex humano ſenſu, ſed
quę ſpiritus docet. Eſt & aliud opus quod facit *Exod. 17.*
Moſes. ad bellũ nõ uadit, non pugnat contra ini
micos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, uin
cit populus eius. Si relaxauerit, & dimiſerit ma-
nus, populus eius uincitur & fugatur. Oret er-
go & ſacerdos eccleſiæ indeſinẽter, ut uincat po
pulus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amale-
chitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui
uolunt pie uiuere in Chriſto.

Idem in Ioan. lib. 7. cap. 1.

Secundum legitimi paſtoris ſignũ eſt, quod
oues uocem eius audiunt recipiendo ſanam ab
eo doctrinam fidei, & præceptis ad uitam recte
inſtruendam datis prompte obediendo. Ibi-
dem. c. 2. in hæc uerba. Proprias oues uocat nõ
minatim & educit eas &c. Poſſunt & huius ca-

pitis uerba euangelica ad paſtorē eccleſiaſticum nō inconcinne adaptari nempe bonus paſtor & diuina electione, & canonica inſtitutione ad gregem Domini paſcendū delectus proprias oues uocat nominatim, qm̄ ſolicitam præſtat curam ad eas cognoſcendas, nō foris ſolum, ſed intus & in cute, ut ex hac peruigili ſolicitudine eas pene modum noſcat ex nomine, & propria appellatione nuncupet, admonitus ad hanc habendā
Proue. 27 uigilanter omnium notionem à ſapiente, Diligenter, inquit, cognoſce uultū pecoris tui, gregesq́ tuos conſidera. Educit autem eas idem paſtor, quando ex quiete & ocio ad ambulandum in uia mandatorum Dei, & boni operis exercitio ipſas euocat, admonitorioq́ ſermone incitat illud beati Pauli uerbum illarum auribus in-
Ephe. 5. clamans. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et illud eiuſdem
Hebr. 12. uerbū: Propter qđ remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, greſſus rectos facite pedibus ueſtris, ut non claudicans quis erret, magis aūt ſanetur. Deinceps ante oues ſuas uadit ipſe paſtor quando ipſis proponit bonæ uitæ exēplū, quod imitentur, & per bonorum operum greſſus iter illis oſtendit, quo debeāt incedere, quemadmodum
1. Tim. 4. beatus Paulus admonuit, Timotheū ita ſcribēs. Nemo adoleſcentiā tuam cōtemnat, ſed exēplo eſto fideliū in uerbo, in cōuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Ad Titū etiā ſcribens idem his uerbis ipſum, ut ante oues ſuas iret eſt exhor

tatus. In omnibus temetipſum præbe exemplũ bonorum operum, in doctrina, in integritate. Illum quoq; paſtorem ſequuntur oues, qm̃ imitantur bona opera, quæ in eo mirifice elucent, & obiecta ſunt oculis ſubditorum quo incitenť ad ipſorum conſectationem. Hæc Cyrillus. *Tit.2.*

Vides candide lector cõmunem ſententiã patrũ eccleſiæ, uides in ueteri eccleſia inauditas has uoces, ep̃m abeſſe ab eccleſia ſua, paſtorẽ ab ouibus ſuis, ep̃m ſimul agere & magiſtratũ, per mercenarios paſci oues Chriſti, uſqueadeo firma & indubitata erat ueritas iſta, Nempe neceſſariã eſſe reſidentiã epoꝝ in eccleſijs ſuis, ut uehementer formidarent iram Dei pij & legitimi epiſcopi (ſi quando gr̃a contemplationis aut ut parũ quieti uocarent) cõtingebat illos à plebibus ſuis abeſſe, Audi quid ſcribant huius ueritatis fidiſsimi teſtes Auguſti. & Bernar. quorum ſic in cantica ſermo. 53. ita ſcribit. Etenim is qui alijs præeſt in ſolicitudine uix unquam uel raro ſecure uacat ſibi, dum ſemper timet ſui penuriam facere ſubditis, & non placere deo, quod communi utilitati propriam præfert quietem, & contemplationis dulcedinem. Ille uero cui ſemel aut iterum accidit abeſſe à ſuo grege, in hunc modum curauit plebi ſuæ ſatisfacere. In primis peto charitatem ueſtram, & per Ieſum obſecro, ne uos mea contriſtet abſentia corporalis, nam ſpiritu & cordis affectu puto uos non dubitare, nullo modo me à uobis poſſe *Bernardus* *Auguſtinus.*

diſcedere quamuis me amplius contriſtet q̃ forte uos ipſos, ꝙ infirmitas mea ſufficere non poteſt omnibus curis quas de me exigũt membra Chriſti quibus me & timor eius & charitas ſeruire cõpellit. Illud enim nouerit dilectio ueſtra, nunq̃ me abſentem fuiſſe, licentioſa libertate, ſed neceſſaria ſeruitute; quæ ſæpe ſanctos fratres & collegas meos etiam labores marinos & tranſmarinos cõpulit ſuſtinere à quibus me ſemper non indeuotio mentis, ſed minus idonea ualetudo corporis excuſauit. Hæc Auguſtinus ad clerum & uniuerſam plebem Hyponenſem, in epiſtola. 138.

Igitur cum tãtam habeamus teſtium nubem impoſitã ueritatis præpoſitę, quis audet uel dubitare hanc ſententiam? Dicet aliquis, nõ dicunt patres in hac forma uerboꝝ, ꝙ tenet epiſcopus continuo reſidere, in ſua diœceſi. Si formã uerborum requiris, forſan nõ conuincam te patrũ ſententia: Si autem rem ipſam (quod æquum eſt) requiras, nullũ exemplum nec uerbum ſentẽtiæ tuæ inuenies in patribus ueteris eccleſiæ, ſed oẽs citra exceptionem aliquam auerſantur ueluti ſathanam hanc ſententiam tuam & falſam & pernitioſam eccleſię catholicæ. Si roges, cur nec Dñs, nec Apoſtoli in ſcripturis ſacris, nec patres ĩ ſuis cõmentarijs ſub hac forma tulerint legem cõtra abſentes epiſcopos: Reſpõdeo ꝙ Solon reſpondit rogatus cur non tuliſſet legem contra patricidas: Ferunt dixiſſe quia nunquam putaram

Cur patres nõ tã aperte egerint contra abſentiã epiſcoporũ.

futurum aliquem, qui patrem propriũ eſſet inſe-
cturus. Tantundem arbitror nunc reſpon-
ſuros & Apoſtolos & patres eccleſiæ.

Deinde quomodo patres damnaſſent i hiſce uerbis ſententiam hanc, quibus nunq̃ uenit in mentem, q̃ epiſcopus abſens ab eccleſia ſua aliis implicatus poſſet defungi munere ſuo epiſcopali? Dubitarunt quidem illi uehementer, an præſentes poſſent ſuo officio ſatisfacere. Ideo Chryſoſto. accerſitus ad id munus ſibi timens occultauit ſe. Baſilius ille cognomento magnus magno dolore uexabatur, q̃ coactus ſit ſubire tam arduam prouinciam. Greg. Nazian. utriq; fideliſsimus ſodalis uocatus & electus auſugit adeo ut poſt coactus ſit redire & purgare ſe coram eccleſia de fuga, & alter Gregorius cognomento magnus cum ad Pontificatũ uocaretur, auſugit & abſcondit ſe, donec inditio collumnæ fuit inuentus. Sãctus Thomas Aquinas nunq̃ uoluit importunitati pontificum acquieſcere et alii quã plurimi, dicit enim Hieronymus ad Heliodorũ. Nõ eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradũ Petri. De illis autem qui temere & extra tempus, uel ambiunt, uel facile oblata admittunt eiuſmodi eccleſiaſtica munera, audi qd Bernardus ſcribat.

Meditãtibus quidem honores blandiuntur, ſed onera pẽſantibus tædio ſunt atq; formidini. Non autem omnes capiunt hoc uerbum, multi enim non tanta fiducia & alacritate currerent ad honores, ſi eſſe ſentirẽt & onera, grauari pfecto *Epiſtola. 42. ad Senonnen. Archiepiſcopum.*

metuerēt, nec cū tāto labore & periculo quarū-
libet affectārent inſulas dignitatum. Nunc uero
quia ſola attenditur gloria & non pœna, purum
eſſe clericū erubeſcitur in eccleſia, ſeq; uiles æſti-
mant & ingloriosqui quocunq; eminentiori in
loco nō fuerint ſublimati. ſcholares pueri & im-
puberes adoleſcentuli ob ſanguinis dignitatem
promouentur ad eccleſiaſticas dignitates, & de
ſub ferula transferuntur ad principandum pre-
ſbyteris, lætiores interim ꝙ uirgas euaſerint, ꝙ̄
ꝙ meruerint principatū, nec tā illis blandit̃ ade-
ptum, ꝙ̄ adeptū magiſteriū. & hoc quidē in ini-
tio, ꝓceſſu uero tpis paulatim inſoleſcētes docti
ſunt in breui uēdicare altaria, ſubditoꝝ marſupia
uacuare, magiſtris nimirū ī hac diſciplina utētes
idoneis, ambitione & auaritia. Verū quātauis in
duſtria tua tibi lucra conquirere cautulus uidea-
ris, quātalibet uigilātia rē poſsis ſeruare tuā, q̄to
cunq; ſtudio regū tibi ac principū grām captare
cures, dicimus tñ. Vę terrę cuius rex eſt puer, &
cuius pricipes mane comedūt. Hæc Bernardus.

Quid putas dicturos hos patres, ſiquis rogaſ
ſet, an abſens & exercēs magiſtratū ciuilē & pro-
phanū poſſet muneri epāli ſatiſfacere? Haud du-
bium quin reſpōderent nobiſcū, alioquin falsò
querebantur de difficultate muneris & perperā
recuſaſſent pro Chriſto ſummere hæc miniſte-
ria paſcendi oues ſuas, pro quibus ille morti ſe
dederat (præſertim cū iſtud ſit indicium ſingula-
re dilectionis Chriſti, ſi pro amore ſuo quis pa-

ſcat, & regat gregem ſuũ, iuxta illud quod dixit
Petro. Si amas me, paſce oues meas) Si tã facile
eſt huic muneri ſatisfacere, ut nõ modo prꝫſens,
ſed & abſens poſsis plene illud adminiſtrare?
ſed uereor ne iſti, quibus ſic prutiunt aures ut li-
benter audiãt nouas iſtas & pernicioſas opinio-
nes, ſint illi de quibus Chryſo. uel quicũq; fuerit
eius operis author, Homil. 1. operis imperfecti
ueluti uaticinans dixit. Sicut Roboam abijciens
ſenioꝝ cõſilia, & coætaneorum ſuoꝝ cõſilia ſe-
quẽs, occaſionẽ præbuit diſsidio populi Iſraeliti
ci, ut decem tribus ſecederent, & duæ tantũ ma-
nerent cũ domo Dauid. Sic & circa finem epi re
linquẽtes cõſilia ſenioꝝ Apoſtoloꝝ & Prophe
tarum ſecũdũ ꝙ cõſiliati ſuerant epos cõuerſari
debere, uel epiſcopatũ ſuũ tractare, & ſecuti ſunt
cõſilia coætaneoꝝ ſuoꝝ, & iuuenũ cõſiliantiũ,
epm oportere diuitem fieri, & inhoſpitalem, &
timorem Dei nõ habere, & talia quædã alloqui
quæ moueant plauſum. Dederũt occaſionẽ dia-
bolo præciſionum faciendarũ, nõ attendentes,
qđ præcipit Petrus. Nõ ut dominãtes in cleris,
ſed forma facti gregis ex aio. Itẽ Paulus, Nouita *2. Tim. 2.*
tes uocũ deuita, generant. n. lites, & ſermo illorũ
ſicut cancer ſerpit. Item. Formã habe ſanorũ uer
borũ quæ à me audiſti. Hæc Chryſoſto. uel qui
cunq; fuerit eius operis author.

Iſtas & ſimiles opiniones uocaſſent patres ue
teris eccleſiæ, nouitates uocũ, uerba non ſana, &
ideo à uiro fideli cauẽda. Hos igiť duces & ante

ſignanos ſequimur, immo Catholicæ eccleſiæ per uniuerſum orbem ab ipſis apoſtolorum temporibus ad præſens uſque, cōmunem ſententiam ſequimur, nam ex omnibus omnino ſeculis ex omnibus orbis terræ cardinibus teſtes indubitatæ fidei protulimus, ſemper ab initio ita tenuiſſe fidem Catholicorum omnium, quos an tutius ſequi ſit, quàm hos nouorum dogmatum inuentores, ipſi uiderint, qui hos magis ſequi dignum duxerint, nobis certum eſt cum illis & uiuere & ſentire.

CAPVT .X. COMPENDIO RECENſetur & explicatur ſententia Cardinalis Caietani circa hoc argumentum, cum firmioribus eiuſdem rationibus.

Cardinalis Caietanus

CARDINALIS Caietanus in cōmentarijs ſancti Thomæ. 22. q. 185. art. 5. cōtendit multis argumentis demonſtrare quod obligatio epiſcopi ad continuam reſidentiam eſt ex præcepto iuris diuini. Argumenta eius magis firma & efficacia ſunt iſta.

Primum argumentum.

Primum epiſcopus de iure diuino tenetur ad curandas animas ſubditorū ſuorum, ſed ad eam curam animarum exercēdam eſt neceſſaria continua reſidentia perſonalis epiſcoporum, ergo eodem iure tenetur ad hanc, quo ad illud. Quoniā qua lege præcipitur aliquis finis, præcipiuntur omnia neceſſaria ad comparandum illum finē.

Huius

Huius argumentationis ſecunda præmiſſa probatur, quoniam curam animarũ exercere debet paſtor ſpiritualis, cuſtodiẽdo gregem Dominicum, prædicando, paſcendo illum uerbo legis, & exemplo uitæ, uiſitando & ſacramenta dñica ſuis ouibus adminiſtrando, ut patet p̄ Ezechie. cap. 34. & per Paul. 1. ad Timo. 3. & ad Tit. 1. Sed ad cuſtodiendũ gregem domini ad paſcendum eum uerbo legis, exemplo uitæ & adminiſtratione ſacramentorum, & ad continendum illum in obſeruantia legis annua uiſitatione, eſt ſimpliciter neceſſaria reſidentia perſonalis, ſine qua nulla ratione per abſentem impleri poſſunt, & ad quæ nullo modo, anteq̃ occurrerent, potuit preparari, ergo neceſſe eſt, ut ſit perſonaliter præſens, ſi nolit deeſſe officio ſuo, & ex conſequenti ex iure diuino obligatur ad perpetuam perſonalem reſidentiam.

Secundo Epiſcopus & quiuis alius eccleſiaſticus paſtor ex iure diuino debet eſſe non Dñs gregis ſibi cõmiſsi, ſed uerus paſtor, ergo eodẽ iure tenetur agere paſtorem, non Dominũ, ac proinde per ſe paſcere & attendere curæ ouium ſuarum. Aſſumptum illud probatur. Primo ex uerbis Chriſti ad Petrum. Paſce oues meas. Secundo uerbis Pauli. Sic nos exiſtimet hõ ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores. Tertio uerbis Petri. Paſcite qui in uobis eſt gregem Dei non dominantes in cleris &c. Vbi uides in uniuerſis citatis teſtimonijs commendari & mandari mi-

Ioan. 21.

1. Cor. 4.

Petri. 5.

niſterium Paſtorale, negari uero imperiũ & dominium ſeculare.

Tertiũ argumentũ. Tertio, arguitur ex forma conſecrationis paſtoralis, in qua ordinando ẽpo dicitur. Vade, & prædica euangelium populo tibi commiſſo, obſerua uerba illa, uade, & prædica, non dixit mitte qui paſcant, & qui prædicent, ſed ipſe uade, & prædica populo tibi commiſſo. Vnde rectiſsime cum alijs multis annotauit Paulus ſcribẽs ad Titum & ad Timotheum oportet epiſcopum doctorem eſſe, heu ꝙ præpoſterum eſt, nomen, honorem & diuitias epiſcopi tenere in propria perſona, officium autem epiſcopi in aliena, cum priora omnia ſint illi conceſſa tantum propter officium paſtorale, iuxta illud. Datur beneficiũ propter officium, illa uero libẽter retineat, iſtud uero ſolum abijciat. Hæc Cardinal. Caietanus. Quæ poſſent & hac ratione confirmari. Si hæc uera non ſunt, quid ſibi uolũt uerba domini ad Ezechielem prophetam, Fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael, et audies de ore meo uerbum, & annunciabis eis ex me, ſi dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei, ipſe in impietate ſua morietur, ſanguinem autẽ eius de manu tua requiram. Qui poteſt ſpeculari uitam ouium ſuarum ſi præſens non eſt, ſed in aulis principum degat? Quomodo auditum uerbũ ab ore domini annunciabit domui Iſraelis? Quomodo gladium uenientem prædicturus eſt impijs, ſi præſens non ſit? Sed quid ago?

Cap. 3. & 33.

quid fruſtra laboro? Nā abſens ab eccleſia, liberatus eſt ab hac cura. Paulus enim dicit. Non datur manifeſtatio ſpiritus, niſi ad utilitatem, cum igitur abſens, eccleſiæ utilis non ſit, non loquet illi dñs, nec audiet uerbū ab ore eius, quod annū ciet. Vis intelligere ꝙ à paſtore negligēte curam ſui gregis, fugiat ſpiritus ſanctus? Audi quod fecit dñs cum Moſe. Moſes clamauit coràm dño, *Nume. 11.* dicens. Cur impoſuiſti pondus uniuerſi populi huius ſuper me? nunquid ego concepi oēm hāc multitudinem, uel genui eam, ut dicas mihi porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum? non poſſum ſolus ſuſtinere oēm hunc populū quia grauis eſt mihi. Hæc Moſes. tantū quia uoluit fugere curā populi quem regendū à dño ſuſceperat, dixit illi dñs. Auferam de ſpiritu tuo tradā\que. 70. ſenioribus ut ſuſtentent tecum onus populi, Deſcendit\que dominus & locutus eſt ad Moſem, auferens de ſpiritu qui erat in eo, & dans 70. uiris. Si ergo in Moſe diminutus eſt ſpiritus domini, tantum quia tentauit relinquere curam gregis ſibi commiſsi, Ab eo qui omnino deſerit gregem domini, cum tamen mercedem non derelinquat paſtoris, nónne totus auferetur ſpiritus domini? auferetur utique, & dabitur alteri qui faciat fructus illius, & hic ſeruus mittetur in tenebras exteriores. Viſum eſt ſeorſim annotare ſententiam Cardinalis Caietani tum quia primus hac tempeſtate aſſeruit hanc ueritatem, quam penè extinxerat

multorum prælatorum contraria conſuetudo. Tum quia nonnulli nunc contendunt infirmare illius argumenta, & palàm audent dicere eis argumentis nõ fuiſſe aſtruendas cõcluſiones ,quas nos in.2.ca.huius controuerſiæ poſuimus,quas tamen ego arbitror certiſsimas,& uniuerſos lectores idipſum iudicaturos & ad eas probãdas ſolas rationes cõſi. Caie.ſufficere,quãuis ob per fidiam huius temporis, & ut magis ſepultam hanc ueritatẽ ab inferis in lucem reuocaremus, nos locupletius illas ꝓbauerimus, donet Chriſtus ut uniuerſi eas ĩtelligamus, & credamus.

CAPVT. XI. RATIONIBVS HVMA*nis manifeſtantur uera quæ per fidem ſcripturarum & patrum eccleſiæ doctrinam docuimus de reſidentia epiſcoporum.*

Quartum genus argumentorum ab humana ratione.

PROFECTO ſi uellemus rationi obtemperare,nec extingueremus igniculum illum nobis à ſuperiori lumine(quod illuminat omnem hominem) donatum, non erat cur in re clariſsima digladiaremur. Dic mihi ò paſtor eccleſiaſtice, quo iure petis ſtipendium?qua ratione uictum & neceſſaria? Nimirum reſpondebis iure diuino. Præceptum erat enim ut filijs Leui decimæ darentur in quorum loco ſacerdotes ſucceſsimus,& Chriſtus mercede dignos ſacerdotes pronunciat, & Paulus exẽplo uobis præcipit, ne nobis os alligetur, &

Matth.& Lucæ. 10. 1. Cor. 9.

hoc incõfeſſo eſt apud omnes, recte quidem re-
ſpõdes. Sed quęro ego uiciſsim, an gratis uobis
deberi iſta dicant ſacræ ſcripturæ, & ob donatio
nem puram an potius ſit aliquis cõtractus ultro
citroq; obligatorius (ut uulgo dici ſolet) Nun-
quid cum iubentur præſtari decimæ filijs Leui,
nullæ operę ab illis exiguntur? Immo uero pro *Num.* 18.
miniſterio quod faciebant dño in tabernaculo,
cum ait Chriſtus uos dignos mercede, nónne
appellauit uos operarios etiam ſi mercedis nó-
men ſatis hoc declarabat? cum Paulus uetat ne
uobis os alligetur exemplo bouis, non adiecit
triturantis? ergo cur uis contractum ex altera
parte claudicare? cur ſi i iure diuino tibi decimas
debeo, nõ tu eodem iure teneberis inſeruire ta-
bernaculo? Cur non triturabis? cur non opera-
beris eodem iure? quę iniquitas eſt, ut põpulum
religione alliges ob tuum ſtipendium, & tu reli-
gione ſis ſolutus, ſi nolis militare? At dices mi-
litare uolo, ſed per uicarium, obſequiũ pręſtabo
in templo, ſed per ſuppóſititiũ. Volo triturare,
ſed per conductitium. O ingentem cõfidentiã,
exclamandũ enim erat tragice. An nõ eſt electa
induſtria tuæ perſonæ? An nos tantũ ſtipendiũ
daremus tuo uicario, q̃ tibi? ſi ille quem nobis
præficis dignus eſt epiſcopatu, cur tu illum ſua
mercede integra ſpolias, & ſalariũ neſcio quod
præſtas, ut tu reſiduum deuores ocioſus? Si in-
dignus es, cur nos fraudas tua præſentia, cum
nihilominus integram ſoluamus mercedẽ? Dic

mihi, ſi Tridentini medicum ſibi cōduxiſſent, ut ĩ ægritudinibus illis ſubueniret, idq́ꝫ magna mercede, nũquid paterentur illum Mediolani agere, & Tridenti neſcio quem alium relinquere? non clamarent oẽs alium quęrendum eſſe medicum, & abſenti nihil ſoluendũ? Tu cum medicũ agas animarũ, ſalarium iure diuino corrades, & iure humano dices te teneri ad nõ reſidẽdũ? Dic mihi quis erit tam uecors pater familias, qui gregem ſuarũ ouium patiatur à proprio paſtore deſeri, & à cõductitio paſci, quẽ ille accerſit data aliqua portione iuſtæ mercedis quam à patre familias accipit, ut reliquũ mercedis deuoret, ubi relicto grege libeat occupari, ne dicã delitiari? An quod homines nõ omnino frugi ſuis in rebus nõ paterẽtur, feret pater cœleſtis, qui ſe bonũ paſtorẽ, & bonũ patrẽ familias uocat & eſt? An tu ſi miniſtros habes q tibi inſeruiãt, quorꝫ hic pecunijs præeſt, ille uillis, hic alius menſæ, ferres ut hi oẽs per uicarios tibi miniſtrarent? quod tu in equis curãdis, aut in condiendis cibis nõ ferres, poſtulas ut deus & homines ferant in re tanti momenti? an exiſtimas ſatisfactum eſſe tuo uẽtri ſi alius pro te comedat, ſi alius pro te bibat, ſi alius pro te dormiat? nõ opinor. qua fronte igitur audes permittere, ut alius pro te laboret, ut alius pro te concionetur? quod ſané non minus, immo etiam multo magis neceſſarium eſt ad legitimã eius officij adminiſtrationem quod tibi uſurpas quam eſt uel ipſe panis ad uitam hominũ tuen-

dam & conſeruandam. ſed ſctas quandoqui-
dem uis nunc, ut alius pro te doceat, ut alius
pro te laboret, futurū quoq; omnino ut deus
pro te hæreditatem regni cœleſtis conſequatur,
quatieris ſanè tu foras, nam qui laboris parti-
ceps non eſt, neq; gloriæ ſe unquam fore parti-
cipem ſperet. Dic mihi obſecro. Num deterio-
ris cōditionis eſt reſp. Chriſtiana, q̃ ſint aliæ hu
manæ & prophanæ reſpublicæ? ſi iſtis nondū in-
tellectum eſt, ut permittatur rectoribus earum
non reſidere, inauditum eſt, quòd abſentes per-
cipiant ſalaria ab illis deſignata, & in illa Chri-
ſtiana, ſpirituali à cœlo delapſa & omnium or-
dinatiſsima reſpublica debent eſſe iſtæc tam co-
gnita & probata? Si hæc non permittunt pro-
phana hominum tribunalia (& id iure optimo)
putas'ne conceſſura diuina?

Deinde conſideraſſe oportuit, quot abſur-
da propoſita opinio in eccleſiam Dei inuexit. *Quātuma*
Primo cum perſuaſum eſt, quod epiſcopo ab- *la nata ſūt*
ſenti licet detondere oues, & earum lana & lacte *ex contra-*
potiri propter præſentem & reſidentem Vica- *ria opinio*
rium, hinc continuo emanauit, quòd unus *ne.*
plures ſimul occuparet eccleſias cum æque fa-
cile iudicauit plures præſentes & reſidentes ha-
bere uicarios atq; unum. Cum tamen nihil ab-
ſurdius, neq; magis pernicioſum in eccleſia fue-
rit (ab aſſumpto Chriſto) excogitatū, & nūc uix
eſt alius abuſus, qui magis uexet eccleſiā Chriſti

quàm iſte de pluritate eccleſiarum. Secūdò hinc uenerunt in eccleſia diſpenſationes illę ſiue poteſtates percipiendi fructus in abſentia, quo malo quantum patiantur animæ fidelium & miſeranda plebs, quam uidit & deplorauit Chriſtus ueluti oues non habentes paſtorem, nemo eſt qui non intelligat. Tertio hinc etiam cognouit eccleſia epiſcopos titulares, quos neceſſe ē inſtitui ad miniſteria epiſcopalia peragenda uice abſentium epiſcoporum, quibus monſtris quantum uexetur eccleſia Chriſti, uidemus & dolemus uniuerſi. Iſti mercenarij & factitij epiſcopi ſunt qui inuexerunt in eccleſiam infinitam multitudinē abuſuum, quocirca uehementer cupit eccleſia catholica eos aboleri, ſicut iam olim fecit Damaſus papa, & poſt illum tota uetus eccleſia in corepiſcopis. Quarto & aliud abſurdū deriuatum eſt ex opinione contraria, nempe ut epiſcopi non pauci ſimul eccleſiaſticam & ciuilem adminiſtrationem obirent, cum tamen omnes ueteres canones tam ſeueriter uetent, nequis functioni eccleſiaſticę deputatus (minime autem omnium epiſcopis) curam ullam rerum ſecularium ſuſcipiant. Item noua hæc opinio peperit prophanationem iſtam diuinorum ſacramētorum, quam paſsim uidemus fieri in eccleſia per conductos miniſtros, ut iam nihil penè in eccleſia adminiſtretur ſine pretio, & quaſi extinctam uideamus iam legem illam quam miniſtris euangelicis pręſcripſit Chriſtus. Gratis accepiſtis, gratis date.

Syno. Carthaginē. prima. & Syno Triburienſis.

& in adminiſtratione aliorum ſacramentorum paſsim uidemus abuſus, & prophanationem præſertim eorum quæ per ſolos epiſcopos poſſunt adminiſtrari, ut ſunt ordo & confirmatio, quorum abuſuum cauſa eſt epiſcoporum à ſuis ſedibus abſentia: nam ſi epiſcopi reſidentes per ſeſe adminiſtrarent ſacramentum ordinis, promouerent neceſſarios, exploratos & idoneos miniſtros, & non grauaretur eccleſia tam promiſcua turba ſacerdotũ. Deinde ſi non abeſſent à ſuo grege paſtores eccleſiaſtici, uitarentur & alij abuſus circa ſacramentum confirmationis non infrequenter accidentes, primum quando cõtingit eos inuiſere diœceſes ſuas (cum raro id fiat) ungunt ſacro chriſmate quotquot illis offeruntur etiam infantulos uix ab uberibus matrum ablactatos, quos oportebat prius edoceri in fide & religione quam profeſsi ſunt in baptiſmo, & illam explicare coràm proprio paſtore confiteri. Secundo euenit nõ raro repetere hoc ſacramentum & eoſdem infantes bis aut ter ungi, quod tamen caueretur præſentia & cura paſtorum eccleſiaſticorum. Hæc omnia mala & abſurda nata ſunt, & multo plura monſtra paritura eſt perſuaſio hæc de licita abſentia paſtorum. Cum tamen ſecũdum Deum nihil minus licere poſsit. Et, ut ſemel cõcludam, puto & omnia mala & peccata populi Chriſtiani profluere ex ocio & abſentia paſtorum eccleſiaſticorum, *Ezech.* quod & dominus aperte per Ezechielem Pro- *cap.34.*

phetam ſignificauit dicens. Diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, errauerunt greges mei in cunctis montibus &c. Et quid eſt non eſſe paſtorem, niſi abeſſe illos ab ouili Chriſti, neq; eſſe in eccleſia qui paſtorum officio fungantur? Hoc ipſum & per Hieremi. clamabat è cœlo princeps paſtorum. Quia ſtulte egerunt paſtores & dominum non quæſierunt, propterea nõ intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus eſt. Quæ omnia mala beatus Gregorius recte interpretatus eſt paſtori neſcienti aut negligenti, aſcribenda, dicens. Non admittitur paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſciat. Quæ ſententia pro regula iuris eccleſiaſtici nunc habetur. Itaq; ni ſuffocaremus rationem nobis inditam, dum affectibus obſequi diſcupimus, nemo eſt tam cæcus, quin uideat, qui de reſidentia dubitant in ſole meridiano lucem quærere.

Cap. 10.

Grego. papa.

CAPVT .XII. EXAMINATVR, AN *ſint aliqua, quæ poßint excuſare epiſcopũ à perpetua reſidentia & ſoluuntur rationes aduerſariorum.*

SVB NASCITVR ex priori & altera controuerſia, quę ſint, quæ poſsint excuſare epiſcopũ ab ordinaria & regulari reſidentia perſonali, qm̃ neceſſe eſt eſſe aliqua quibus legitimę interdũ excuſetur abſens

epiſcopus, niſi uelimus centurias epiſcoporum damnare, deinde quid reſpondebimus ad rationes aduerſariorum, quarum prima eſt.

Primū argumentū.

Eſt infinita multitudo ep̄oꝝ quibus iam pro lege eſt nō reſidere, exceptis paucis qui ꝑ breue aliquod tempus interdum reſidere ſolent, & id, data aliqua occaſione, regulariter autē ſatis putant feciſſe, ſi idoneos Vicarios ſubrogauerint.

Secundum argumentum.

Secundo reſidentia nō eſt neceſſaria niſi propter curandam animarum ſalutem. Sed aliquando epiſcopus ſufficienter & ſufficientius gerit curam animarum per alium q̄ per ſe, ergo tunc non tenetur perſonaliter reſidere, etiam ſi nulla neceſsitas eccleſiæ, uel propria cogat illum abeſſe ab eccleſia ſua. Nullo alio argumento (quod ego ſciam) ualent partem oppoſitam utcunq; apparentem reddere. Sunt multa nunc in uita mortalium ſimilia, quę ſolus uſus uel abuſus fecit, ut ab aliquibus uerterentur in dubium, cum olim nunquam uiſa fuerint digna, ut de illis uel ambigeretur.

Nihil eſt qđ excuſet perpetuā abſentiam paſtoris à grege ſuo.

Ad hanc ſubnatam controuerſiam reſpōdeo duo. Primū eſt, nihil eſt meo iudicio qđ poſsit excuſare epiſcopum à regulari præſentia ſua, & cura ouium ſuarum mihi non indiligēter conſideranti rem hanc, nunquam potuit occurrere aliqđ quo epiſcopus aliquis poſſet iuſte excuſari coràm Deo ab ordinaria reſidentia. Dixi, coràm Deo, Quoniā coràm hoībus multa ſunt quæ eum reddunt excuſatum, quoniam ſiquid

eſſet, iſtud maxime, fungi aliquo miniſterio in curia ſummi Pontificis, exempli uice, eſſe illi à ſecretis, aut ab audiendis cauſis Camerae apoſtolicae, uel Rotae (quam uocant.) Sed ut uere & pie annotauit Cardi. Caietanus certum eſt huiuſcemodi miniſtros non excuſari; & abuſum eſſe eccleſiae catholicae pernitioſum, aſſumi epiſcopos ad huiuſmodi miniſteria, & paſtores ſpirituales in ſimilibus occupari, cũ poſſint per nõ epiſcopos aeque bene exerceri, de quibus non minus uere quàm ſancte dixit praedictus Gard. epiſcopi in iſtis & ſimilibus miniſterijs ſunt in eccleſia, quòd ſunt monſtra in natura. Quid obſecro magis monſtruoſum q̃ epiſcopum & paſtorem animarum eſſe iudicem cauſarum ciuilium, uel eſſe amanuenſem uel à ſecretis pontifici? quae monſtrua (proh dolor) uidemus paſſim, et eccleſias Chriſti perinde ac ſi uiduę eſſent, proprijs ſponſis carere, & gregem dominicum ſine paſtore. quam rem perpendens recte Innocentius. 6. Beneficicia eccleſiaſtica non niſi probatiſsimis ſacerdotibus, tum uita, tum doctrina dare curauit, ſtatimq́ coronatus omnes praelatos, & quotquot beneficia habebant ab aula & curia ſua abegit, & ad eccleſias ſuas ſub anathematis poena abire coegit. Dicebat enim oues paſcendas à proprio paſtore, non à mercenario cuſtodiri deberè. Sed quid in re perſpicua atq; maniſeſta moramur? ſi eſſe Cardinalem in eccleſia Romana, & aſsiſtere Romae pro expediendis

Factũ Innocẽtij. 6. circa praelatos eccleſiaſticos

negotijs uniuerſalis eccleſiæ, hoc non excuſat epiſcopum à reſidētia in eccleſia ſua, quanto minus excuſabunt alia miniſteria tanto inferioris gradus? Aſſumptum uero probatur ex antiquo iure canonico in cap. bonæ memoriæ de poſtu. prælato. & in. c. exegiſtis de cleri. non reſidentibus. Item ex Synodo Tridentina ſeſsione. 6. decreto de reſidentia. In quo diffinitum eſt nullos epiſcopos quouis gradu uel dignitate fulgentes excuſari à reſidentia perſonali in ſuis eccleſijs, & ſcio hāc eſſe mentem Synodi, & ſic explicatam per plures patres in publicis cōgregationibus, nullos neq; Patriarchas nec Cardinales excipi ab hoc canone, & nimirum cum idem ſit de iure. Siquis tamen obijciat in hac parte multorum contrariam conſuetudinem, dicemus cum Cardinale Caietano, ꝙ hæc abuſio, non cōſuetudo dicenda eſt. *Synodus Tridētina*

Hinc collige unum aliud. quod ſi hæc miniſteria quæ eccleſiaſtica ſunt, & ad bonum uniuerſalis eccleſiæ pertinentia, non faciunt excuſatum epiſcopum abſentem ab eccleſia ſua, multo minus excuſabunt officia ciuilia, ſiue mundana alia munera, quibus funguntur non rari epiſcopi in curijs & aulis principum, quibus ſatis erat dixiſſe Apoſtolum Paulū. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, ut ei placeat, cui ſe probauit. Si ergo uelint Chriſto placere, neceſſum eſt ut ſe explicent ab huiuſmodi ſecularibus negotijs. *Inexcuſſabiles epiſcopi qui obeunt officia prophana.*

Quæ excuſant temporalẽ abſentiã epiſcopi ab eccleſia ſua.

Secũdum, dico ꝙ poſſunt occurrere aliqua, & interdum etiam occurrũt, quę iuſto excuſant abſentiam temporalem ẽpi ab eccleſia ſua, temporalem dico exempli gratia, ad annũ, ad bienium uel parum amplius uel minus. Primo occurrit interdum perſecutio temporalis, qua inſtã te iuſto poteſt abeſſe. hoc dico ſi ſit perſecutio perſonæ, & non eccleſiæ uel aliarum ouium ſuarum, qm̃ tunc tenetur bonus ꝑaſtor ponere animam ſuam pro ouibus ſuis. Item qñ præſentia ẽpi non eſt neceſſaria eccleſiæ, nã ſi ſit, negligẽda eſt uita corporalis pro ſalute ouiũ ſuarũ. Extra hos caſus imminẽte periculo perſecutionis põt ẽps abeſſe ab eccleſia ſua durante perſecutione, ut Paulus miſſus eſt in ſporta ut fugeret Damaſci perſecutionem Iudæorũ. Et Athanaſius fugit ab eccleſia ſua inſtante perſecutione Conſtantĳ imperatoris Arriani, quo tempore exularunt multi ſancti epiſcopi ab eccleſĳs ſuis.

Secundo, iuſto etiam excuſat epiſcopum aliqua eius ægritudo corporalis, ſi epiſcopus laborat morbo aliquo in eccleſia ſua, põt ad tempus abeſſe cauſa recuperandæ ualetudinis amiſſæ.

Tertio, ſi cõtingat celebrari conciliũ aliquod generale uel prouinciale, poteſt & debet abeſſe quandiu durat conciliũ, qm̃ proprio fungiť munere, ſi interſit ſynodi alicuius celebrationi.

Quarto, ſi mittať ipſe Legatus ad Cæſarẽ uel Põtificẽ ad tractanda aliqua negotia, uel fidei uel eccleſiæ ſuæ, uel alterius, uel ad cõponendã pacẽ

inter pricipes aliquos fideles, uel ſiquid aliud rarum & peregrinũ occurrat, quo caſu ẽt cum aliquo incõmodo eccleſiæ ſuæ põt et debet ẽps iuuare Remp. Chriſtianã, & ad tp̃s abeſſe propriȩ eccleſiȩ, nã ſumus inuicẽ membra, et ſi patiř unũ mẽbrũ, neceſſe eſt cõpatianř & reliqua, ſi gaudẽt & cõgaudeãt & mutuas opas nobis tradamus.

Quinto, iuſto excuſaretur ẽps expreſſo aliquo mandato ẽpi Romani accerſitus ad tẽpus aliquod breue, pro miniſterio aliquo & bono eccleſiæ uniuerſalis, uel Reipub. Chriſtianæ, ſic tamen, ut expedito miniſterio redeat ad propriam eccleſiã, hoc caſu arbitror excuſari, q̃uis ſi cõmode poſſet ſuppleri per non ẽpm, Paſtor animarũ non erat ſeparãdus à ſuo grege. Et hæc meo quidem iudicio uocauit ſynodus Tridentina in ſeſſio. 6. &. 7. legitima impedimenta & cauſas iuſtas et rõnabiles qbus excuſari põt ẽps abſens ab eccleſia ſua, uel ſiqd ſimile iſtis occurrat.

Reliquũ eſt, ſatisfacere rationibus contrarijs. Ad primã, dico primo, & amplector ſn̄iam Caieta. Card. ꝙ illa abuſio, nõ conſuetudo dicẽda eſt, ſecundo tantã multitudinẽ miniſtroꝝ dãnari ſi in prædicto abuſu perſeuerẽt. Certe mihi chriſtiano, uehementer dolendũ eſt, & ueritatẽ dico (cũ apoſtolo Paulo) teſtimoniũ mihi perhibẽte conſcientia mea, qm̄ triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundũ carnem quorũ eſt adoptio filiorũ & gloria & teſtamentum. *Ad primũ argumen.*

Ad ſecūdū argumētū Ad ſecundā, reſpondetur ꝙ debita perſonalia nō poſſunt iuſte per alium ſuppleri. Talis eſt cura paſtoralis. Deinde poſſe eccleſiam æque ſufficienter gubernari per alium eſt de per accidens (quod uocāt dialectici.) quę autem per accidens ſiue contingenter eueniunt, non excuſant à uinculo præcepti, qm̄ hæc nō mutant naturas rerꝝ.

Tertiū argumētum. Tertio arguitur ab aduerſarijs ſic, humana inſtitutione factus ſum epiſcopus, & Papa poteſt cū cauſa priuare me hoc epiſcopatu, & transferre de hac eccleſia in aliam, ergo nō teneor ex iure diuino exercere hic officiū ſacerdotale, ac proinde, nec reſidere. Hinc rurſus colligūt, ergo poterit & mecū humana authoritas diſpēſare in reſidentia. Hac ratione inducti ſunt aliqui, ut negarent reſidentiam eſſe de iure diuino. Ingenue fateor, ego obſtupui quando primo intellexi hac tam friuola & puerili ratione adduci aliquos uiros alioqui doctos in tam nouam, falſam & pernitioſam opinionem, eodem argumento probarent, ex iure diuino nos non teneri parere prępoſitis noſtris. Primo quia humana inſtitutione ego præfectus ſum huic reipublicæ. Deinde humana etiā authoritas poteſt me remouere à magiſtratu, & eadē poteſt me transferre ab hoc magiſtratu ad alium. Et cum his certum eſt, & extra controuerſiam, obedientiam ex iure diuino exhibendam eſſe præpoſitis, & eodem iure deberi mihi quandiu ſum in magiſtratu, & ſi contingat me remoueri, deberi ſucceſſori meo. Item eo argumento

gumento aſtrueretur furari tunicam meam non eſſe contra ius naturæ, quia ex iure poſitiuo hęc tunica eſt mea, & humana authoritate poſſum illa priuari, quod illi reſpondebunt ad hæc argumenta, nos dicemus ad ſuum argumentum, illi autem uelint nolint dicturi ſunt, multa eſſe in eccleſia ſimilia, quorum inſtitutio generalis facta eſt ex iure diuino, uel ex iure naturali, earum tamen determinatio particularis fieri debet per iura humana, ſiue poſitiua, uerbi gratia, obediendum eſſe præpoſitis ſiue prælatis eſt præceptum à iure diuino, non eſſe accipiendas res alienas, eſt præceptum à iure naturæ: Quòd autem ego ſim prælatus huius reipublicæ uel illius: Item quòd hæc tunica ſit mea uel alterius, hæc faciunt humana iura. Ad hunc modum epiſcopos exercere per ſe officia ſacerdotalia in ſuis eccleſijs, ac proinde in eiſdem reſidere eſt præceptum à iure diuino: quòd autem ego ſim Epiſcopus Tridentinus, uel Veronenſis hoc faciunt humana iura quandiu fuero Tridentinus, tenebor iure diuino ibi reſidere, ſi translatus fuero ad eccleſiam Veronenſem, tenebor in ea reſidere.

Ex prędictis collige tu lector quòd ſi reſidere in eccleſia à qua accipio commoda temporalia, mandatum eſt à iure diuino, neceſſe eſt eodem iure prohiberi omnia, quæ neceſſario impediunt perſonalem reſidentiam. Cuiuſmodi ſunt occupatio miniſtrorum ſpiritualium in officijs ſe- 65

cularibus, & pluralitas eccleſiarum, uel præbendarum eccleſiaſticarum in diuerſis eccleſijs & ſi quæ ſunt huiuſmodi, ſunt autem & alia multa quæ neceſſario impediunt perſonalem reſidentiam epiſcoporum et aliorum miniſtrorum ſpiritualium in ſuis eccleſijs.

Finis controuerſiæ De *reſidentia.*

ILLVSTRI AC REVERENDISSIMO
in Chriſto Patri ac D. D. Franciſco de Nauarra Epiſcopo eccleſiæ Pacenſis F. Bartholomæus Carranza de Miranda Chriſti gratiam et perpetuam in domino felicitatem.

BENE *habet, Pater in Chriſto obſeruandiſsime, quod nihil mali ex concilio hactenus ſubortũ eſt, nec ex eius diſceſſu. His enim tam calamitoſis tẽporibus bene nobiſcum actum putandum eſt, Si uel res ſuapte natura optimæ in uenenum non conuertantur, aut ſi dum uni malo mederi ſtudemus non multo grauiora excitamus. Vt mali ſolent medici, qui ſi reduuijs curandis adhibeantur, aut hominem interimunt, aut pro reduuia ignem ſacrum ſubſtituunt. Bene itaq; nobiſcum actum eſt, immo uero præclare. Clamet poſthac orbis, efflagitet medicam opem, queratur quãtum poteſt, opprimi indignis modis, nunquam me authore ad huiuſmodi medicos hac tempeſtate cõfugiet. Ferat, diſsimulet, ringatur potius quam manum ſibi porrigi poſtulet. Quid ergo, inquies, an tu medicos ægrotis non neceſſarios putas? an Domini Chriſtos ineptos curandis morbis arbitraris? nónne patres illi ueteres huiuſmodi diætis uarias hæreſes, multiplices abuſus exterminarunt? nónne ſic colenda eſt uinea Domini? nónne euellenda ſunt zizania? Nónne ſal putredinem reſcindit? Nónne ſol tenebras expellit? An tu putas manum Domini abbreuiatam? an colonos omnes occiſos? an ſalem euanuiſſe? an ſolem obſcura-*

tum? Nimis, ut uerũ ſatear, Pater optime urges, nec ſcio quid tibi tutò poſsim reſpondere. Illud tamen certum habeo male ualentes medicis indigere; et bonos eſſe medicos Chriſtos Domini, neſcio tamen qui fieri uideam, ut nihil hac uia proficiamus, fortaſſe non culpa remedij, ſed magis huius tẽporis. Et quia potiſsimum alexipharmacum Chriſtus Dominus noſter præbere & debet & poteſt, uiſum mihi eſt adſcribere huic opuſculo orationem quam anno circumacto ad patres tui ordinis habui. Qua pelo quam maximis poſſum uotis an hoc tempore Chriſtus Ieſus dignetur Iſraeli regnum reſtituere. Res ipſa clamitat nondum aduenisse tempus illud pijs omnibus exoptatum. Reliquum eſt, ut ad hanc poſtremam anchoram decurramus, & oremus Chriſtum, ut maturet, nec nos ſic uelit punire, ut Cadmea pereamus uictoria. Vale. Ex Tridento. 11. Calendas Maij. M. D. XXXXVII.

CONCIO R. P. FRATRIS BARTHO-
*lomæi Carranzæ de Miranda Hiſpani ordinis præ
dicatorũ habita ad Synodum Tridentinam
prima Dominica Quadrageſimæ:*
Anni M. D. XXXXVI.

*Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum
Iſraeli? Act. Cap.* I.

VERBA hęc Reuerendiſsimi Patres, Apoſtolicæq; ſedis uicarij, Paſtores obſeruandiſsimi doctiſsimiq; uiri, ſcribit Lucas in actis Apoſtolicis, quę recenſui, ut eſſent orationis, quam apud uos habiturus ſum, mihi fundamentum. Cum mecum euoluo præſentem reipublicæ Chriſtianæ ſtatum, euoluo autem ſæpiſsime, & inſignem eius immutationem, in diuerſa trahor: Nam, ut uerum fatear, uix adduci poſſim, ut credam cum res hominum intueor, facili alueo omnia proceſſura. Rurſum cum Dei potentiam cum pari benignitate coniunctam animaduerto, omnia mihi polliceor, ni uererer ne noſtri mores adeo diſtorti obſtarent. Itaq; cum me extricare non poſſum, ad Chriſtum Ieſum unicum ueritatis oraculum ſoleo confugere & ab eo ſciſcitari, quibus uerbis & in præſentia ueſtra uſus ſum. Et quamuis uos omnes intellexiſſe animaduerto unde hæc uerba deprompta ſint, non tamen grauabor, dummodo per uos liceat, locum ipſum ſacræ

ſcripturæ indicare.

Aſcenſurus Chriſtus ad ſuperos, unde uenerat in unum locum coegit diſcipulos ſuos. Illi igitur ubi conueniſſent, percontabantur illum dicẽtes: Num in tempore hoc reſtituis regnum Iſraeli? Rogabant certe de terreno hoc & temporali regno, nondum immutati ex alto, & cõmuni Iudæorum cęcitate laborantes, huius mũdi gloriam atq; aulæ ſplendorem, putabant eſſe regnum cœlorum, & Chriſtum expectabant illius terrenæ Sion reſtauratorẽ futurum: Subegerant enim iam totam Palęſtinam Romani, & iuxta oracula Prophetarum pro illis in Iudæa alienus ab Iſraele imperabat Herodes. Venerat iam redemptor orbis, & abſoluto opere, quod demandarat illi pater, redibat, Sed cum nõdum Iſraelitico regno reſtituto abiret, hoc ipſum rogabant Apoſtoli, quod & alij duo diſcipuli uenientes Emauntem dixerant. Nos ſperabamus quòd eſſet redempturus Iſrael.

Ingens aperitur campus loquendi in quo modus mihi potius quęrendus eſt ne et ipſe re tam multiplici obruar, & uos iniuſta oratione facigemini, quàm uerendum ne argumento deſtituar. Temperabo igitur mihi, ac ueſtri, quam par eſt, habebo rationem, & illud tantum ob oculos ponã quam grauẽ iacturã eccleſia fecerit non ſolum terrarum & nationum, quæ chriſtiano nomine cenſebantur, uerũetiam priſcorum morum, quibus perditis neceſſe fuit ad hoc de-

uenire calamitatis. Et erit, ut intelligo, bipartita hodierna oratio, una parte de imperio agam tẽporali, altera uero de ſpirituali. Vtemur enim hoc loquendi modo, & utrunq; imperium uocabo, dum uniuerſam Chriſtianitatem quam late olim patebat bonis uiuentem moribus ſignificare uolo. Quo facto intelligetis proculdubio me nõ ſine magna cauſa ſubinde fluctuare, dum dubito quo pacto poſsit eccleſia in integrum reſtitui, ac non temere Chriſtum interrogare an hoc tempore reſtituat regnũ Iſraeli, Solus enim uerum reſpõdere poteſt, & facere. Quòd ſi qualibet in re nihil agere poſſumus ſine ope diuina, optimo quodam iure hodie ſummus ille artifex, mentium noſtrarum illuſtrator inuocabitur qui & extincta corda nr̃a accendat, & accenſa ſuo igne inflãmet. Veni creator ſpiritus, mentes tuorum uiſita &c. Et ſicut ex ordine ſeraphico mandaſti unum, qui correpto calculo ex altari emundauit labia Eſaiæ, lega ad me alterum, qui carbone igne tuo accenſo adurat præcordia mea, depuret labia mea, & auferatur iniquitas mea, ne cum uenero ante tribunal Chriſti dicam. Væ mihi, quia tacui, quia uir pollutus labijs ego ſum. Spiritus alme non peto Ciceronis uerba, ſed ea quæ poſtulabat Paulus, cum ſcribebat Epheſijs, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ut cum fiducia audeam loqui, quæ ad Dei gloriam, & ædificationem Eccleſiæ oportet me loqui, & profecto ſi

Diſtributio orationis.

Inuocatio ſpiritus ſancti.

quando aliàs commodum fuit à Chriſto opti-
mo maximo hoc quærere,hac die commodiſ-
ſime debet,ut in ipſo; quod aiunt; temporis arti
Euangeliũ culo. Refertur enim hodie patres in euangelica
lectione, & uelut oculis ſubijcitur celeberrima
illa monomachia,nõ alicuius ducis humani, ſed
Ieſu Chriſti Dei noſtri, nec cum uulgari hoſte,
ſed cum exercitatiſsimo,& iuratiſsimo in perni
tiem humani generis. nunc etiam pro eccleſia lu
ctatur hoc concilio duce, nõ ab re igitur quęre-
mus an hoſtes ſit ſuperaturus & in regnũ reſtitu
turus Iſraelẽ.Ductus eſt (inquit Matthęus) Ieſus
in deſertũ à ſpiritu,ut tentaretur à diabolo. Con
ueniebat aũt Chriſtũ tentari, ut diſceremus nos
in tentationibus uincere,& ut haberemus pon-
tificem per omnia tentatũ, qui poſſet cõpati in-
firmitatibus noſtris.Hoc euangeliũ totius eccle
ſiæ corpori accomodãdũ eſt, quoniã Chriſtus
quidẽ tentatus eſt,ſed uicit. Eccleſia autẽ adhuc
tentatur,quia uictore Chriſto, & de morte & ſa
tana acto iam triumpho, mox ſerpens ille anti-
quus, adgreſſus eſt cũ eccleſia facere, quod mo-
litus eſt cũ Imperatore noſtro. Ideo ſemper uel
impiorũ,aut tyrãnorũ aperta pugna,uel hęreti-
corũ occulta perſecutione,ac tandẽ regno mũdi
tentata eſt,& nunc etiã tentatur.Quid autẽ olim
egerit cum Chriſto, tam notum & explicatum
eſt ex hiſtoria euangelica, ut ſuperuacaneum ui-
deatur in præſentia ueſtra quicquam de eo dice-
re. Veniam ad ea quæ aſſumpto Chriſto ad pa-

tiam: Satanæ opera paſſa eſt tam in tempora-
li quàm ſpirituali regno Reſpublica Chriſtiana
de quibus me primum dicturum, ſum pollici-
tus, ſi hoc tantum admonuero. Per Iſraelem in
diuinis ſcripturis non infrequenter populum fi
delem deſignari. Is autem populus partim tem
poraliter militat, & regnat in terris, & partim
cum ſuo rege Chriſto triumphat in cœlis. Po-
tiſsimum autem gaudet principatu quodam ſpi
rituali, & diuino ſibi peculiari, nam terrenum,
& temporalem principatum habet non tan-
tum Iſrael, hoc eſt, fidelis Deo populus, ſed
etiam Eſau & cæteri eius ordinis infideles po-
puli, frui autem cœleſti, & ſpirituali regno ſoli
Iſraeli conceſſum eſt.

Profecto ſaluatore, & Imperatore noſtrò ad ſu
peros, Iſrael, hoc eſt, populus fidelis, qui tunc
ante miſſum Spiritū Sanctū manebat in terris,
anguſtis admodum terminis claudebatur, quip
pe qui totus in Hieroſolymitano illo cœnacu-
lo cōtinebatur, teſte Luca, qui ait. Erant omnes
unanimiter perſeuerantes in oratione cum Ma-
ria matre Ieſu. Erat autem turba hominū ſimul
mul ferè centum uiginti. Poſt decem autem dies
hauſto Spiritu ſancto mox dilatatus ē populus
Iſrael, & extendit tentoria ſua per orbem uniuer
ſum, diſperſi diſcipuli, præcipue aūt Apoſtolorū
eximij Petrus & Paulus, quorum alteri credita
eſt Iudæa, alteri uero gentium prouincia deman
data, uelut ſtrenui quidam duces per omnes ter-

Pr͞ia pars orationis de regno temporali eccleſiæ.

ras,mariaq́; uolitantes ferè omnes gentes rede-
gerunt ſub iugum Chriſti, ut Paulus de ſe refert
Rom. 15. ſcribens Romanis: Ita ut à Hieruſalem per circui
tum uſq; ad Illyricum repleuerim euãgeliũ Chri
ſti. Tandem eius opera, & aliorum Apoſtolorum
in omnem terram exiuit uox euangelij, & ab
oriente uſq; ad occidentem propagata eſt eccle-
ſia, ita ut breui temporis curriculo in toto iam
orbe regnaret Iſrael. O' beata ſecula, quæ uide-
runt in Iſraelẽ ſua gloria, ſed non diu paſſus eſt ſa
tan, ut tanta felicitate frueremur. Ab eo die quo
uictus eſt à Chriſto, contendit eſſe uictor nobi-
ſcum, continuo ſuſcitauit hæreticos, & incircun
ciſas gentes, quæ perpetua pugna, exercent ec-
cleſiam. At nunc Patres quis poterit ſine ma-
gno animi dolore commemorare in quas reda
cti ſimus anguſtias? Amiſimus totam Aegy-
ptum, amiſimus Ciliciam, Syriam, utrãq; Aſiã,
ad quas regiones uas electum diuinus Paulus
portarat nomen Chriſtianum. Satanæ opera
iacet deſolata Aphrica, ubi olim ſplendebant
illa Chriſtianæ religionis fulgentiſsima ſyde-
ra, Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, &
eius ordinis alij, & bona Europæ pars abiecta,
ac deſerta iacet ſine Rege, ſine lege, ſine mori-
bus, ſine ullo chriſtianæ religionis conſortio,
ubi tot ciuitates, tot populi, tot Imperatores,
tot Reges, & Principes cultu ueræ fidei, & mo-
rum ſplendore præſtantiſsimi, ubi tot celeber-
rima Chriſti, & ſanctorum eius templa in cru-

ditiſsimam iam Turcarum, & Barbarorum ditionem deuenerunt, ita ut per tot annos nihil audiamus aliud, quàm Iſraelis, & regni Chriſtiani diminutionem, & excidia. In omnium memoria eſt Conſtantinopolis expugnatio in qua Imperator Orientis obtruncatus eſt, & quod reliquum nobis erat orientalis roboris, ac ſplendoris amiſimus. Vbi ſunt Patres Patriarchales illæ ſedes, & eccleſiæ catholicæ arces munitiſſimæ? Antiochena in qua primum Petrus, & poſt alios nunquam pro dignitate laudatus diuinus Ignatius, qui tot & tantos pro Chriſtiana fide tulit labores? Alexandrina in qua primum Marcus, poſt alios acerrimus ille noſtræ religionis propugnator Cyrillus tandiu ſedit? Hieroſolymitana in qua Iacobus frater domini, Conſtantinopolitana in qua tot ſanctiſs. ac eruditiſsimi uiri chriſtiane regnarunt? Vbi ſunt Eccleſiæ illæ Corinthiorum, Epheſiorum, Coloſſenſium, Galatarum ad quas tam ſedulo ſcribebat Paulus? Vbi ſunt illa duo ſplendidiſſima imperia in quibus tam feliciter regnabat Iſrael? Infelix Græcia; quæ olim humanarum rerum arbitra, atq; omnium doctrinarum inuentrix tam miſere corruiſti uſq; adeo ab hinc ducentis annis pertinaciter caſtam, & ſanctam Hilarij, Athanaſij, Chryſoſtomi, Cyrilli, Epiphanij, Baſilij, utriuſq; Gregorij, & aliorum ſanctorum patrum doctrinam deſeruit, ut ea deſerta collapſa ſit religio, qua collabente, ita

tota cum imperio ſuo miſſerrime interijt. Hæc omnia loca amitti, ac deuaſtari, & tandiu in poteſtate infidelium eſſe, paſsi ſunt principes Chriſtiani, dum quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, dum quiſq; ſimultatibus priuatis indulget. Carptim hæc attigi Patres, ut eorum memoriam refricarem quæ uiuentibus maioribus noſtris accidere, quæ uero noſtra ætate geſta ſunt, neminem eſſe arbitror adeo ſupinum qui non omnia habeat in numerato. Vidimus amiſſam noſtra tempeſtate celebrem illam inſulam Rhodum, Italiæ, & Hiſpaniæ partes aliquot depopulatas. Vidimus occupatam Vngariam & occiſum pium Regem Ludouicū, nobis uidentibus Mahumetus hic Turcarū princeps, & noſtræ religionis hoſtis, Auſtriæ bonam partem inuaſit & diripuit, & continue chriſtianorum cędes & lachrymæ clamant in cœlum, & ſanguis fratrum noſtrorum effuſſus ad Dominū de terra uociferatur: Vindica Domine, uindica Domine ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt. Quis chriſtianus hæc audiens nō perhorreſcat? O' ſaxea chriſtianorum pectora, ſi cū hæc intelligunt nō cōmouentur, Domine num in tempore hoc reſtituis Iſraeli tot populos & tot regna? Sed cum de terreno ac temporali regno tecum agam, uereor ne mihi dixeris, Regnum meum non eſt de hoc mundo, Audio, ſed uideo neſcio quo nexu hæc duo inuicem colligari, & tam amice coniurare, ut uix contingat alterū ab altero ſeparari.

Sed iam ad alteram noſtræ orationis partem tranſeamus.

Secunda pars orationis de regno ſpirituali eccleſiæ collapſo.

Ad cognoſcendam Patres Iſraelitici regni deſtructionem ſpiritualem neceſſe eſt eiuſdem conſtructionem intelligere, in qua Ioannem Apoſtolum in ſuis reuelationibus audiamus, qui ait. Et ego Ioannes uidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem, nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo, & audiui uocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitauit cum eis. *Cap. 21.* Magnum & admirabile eſt quod hic Ioannes uidit, proinde dum illud uult omnibus eſſe perſuaſum, ob maiorem rei fidem ſeipſum nominat dicens, Et ego Ioannes &c. Iam ergo quid uiderit, & quid ſibi uelint ab eo uiſa diligenter inquiramus. Vidi, inquit, ſanctam ciuitatem Hieruſalem &c. Quæcunq; hic auditis ad impollutam Chriſti ſponſam & eccleſiam Iſraelis pertinent. Primo autem dicitur ſancta, ideſt, non prophana, nō iam carnalis, ſed ſpiritualis à mundi ſpiritu ſeiuncta, et cōſecrata Deo, id enim deſignat ſancta. Secundo dicitur ciuitas Dei, in qua Deus ipſe regnat & agnus, ciuitas inquā ſpiritualis diuinis gubernata legibus, non humanis. Eas enim nō agnoſcit mundus quas illi rex eius Chriſtus præſcripſit, cum ueluti pro tribunali ſederet in mōte dicens, Ego aūt dico uobis nō reſiſtere malo, ſed ſiquis te pcuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, & ei *Matth. 5.*

qui uult tecum in iudicio. cõtendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & uolenti mutuare à te, ne auertaris, audiſtis quia dictum eſt, diliges amicum tuum & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico uobis diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri &c. Has leges ignorat mundus & damnat, tantum abeſt ut ſtatuat, uel probet, has tamen uenerantur & obſeruant qui uolunt eſſe incolæ huius regni, ſunt autem omnes fideles Dei & electi quemadmodum Paulus ſcribit Ephe. Vos eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei. Tertio appellatur ciuitas hæc, Hieruſalem, nihil ſimile habens cum illa terrena, prę terquam quòd eius nomen ipſi competit, & ꝙ illa corporea in nonnullis typum geſsit huius ſpiritualis, utpote in eo quod perpetuos hoſtes habuit, gentium populos, & templum Dei in ea fuit, ſic nimirùm & in eccleſiã Dei, regnum Iſraelis, inſurgunt incircunciſæ gentes, & uerum templum Dei eſt in ea, in qua ſola eſt fides, & uerus Dei cultus. & ratio etiam nominis huic regno maxime congruit. uox hebræa uiſionem pacis, ſiue concordiæ ſignificat; & ubi magis uera pax & concordia quàm inter ueros eccleſiæ filios & huius regni ciues? Iam ſupereſt ut quartum declaremus, nempe quid eſt quòd hæc ciuitas dicitur noua? Primum obſeruate omnia quę ad Chriſtum pertinent, noua in ſcripturis ap-

pellari, uti Eſaias de eo prædixit. Vocabitur tibi nomen nouum &c. & Hieremi. Feriam domui Iſrael fœdus nouum &c. Et Ioan. ex Domino refert. Mandatum nouum do uobis, & ita de alijs, noua, inquam, dicuntur omnia propterea quòd hæc humana cum his quæ domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt collata, uelut uetera, conſumpta, debilia & infirma ſunt. Deinde illa noua ſunt quia à carnis & ſanguinis communione ſunt aliena. Item dicitur ciuitas noua, quòd iuxta aliarum morem haud quaquam ſit, illæ nimirum ſunt lapideæ uno loco circunſcriptæ, uno tempore concluſæ, plenæ etiam inter ciues diſsidijs, criminibus, rapacitate, mendacijs, adulterijs, carnales per omnia. Iſta uero nihil tale habet, quandoquidem eſt ſpiritualis & una nullo tempore concluſa, nullo certo loco, nulla ratione aut gente, nullo deniq; populo determinata, ſed una palmites ſuos in orbem uniuerſum per tempora quælibet præterita, præſentia & futura extendit. Et quę à formatione Adæ primi hominis ad finem uſq; ſeculi, eadem fuit, & eſt, & erit ſemper, ſub uno capite conditore generis humani, & redemptore filio Dei. Illę diſsidijs plenæ, iſta ſpiritus unione plena, charitate, pace, ac reliquis cœleſtibus & ſpiritualibus chariſmatibus. In alijs regnis nulla gloria niſi iuxta carnem & ſanguinem, in regno Iſraelis gloria quidem & immenſa, ſed non uana nec caduca, ſed uera, ſolida, & firma, in alijs regnis

glориantur ciues, ſed de multitudine diuitiarum, de uana ſanguinis nobilitatê: Ciues aūt huius re gni nihil tale. Ex quorum perſona dicit magniloquus Paulus: Nos gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei, nō ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes ꝙ tribulatio patientiam operatur &c. Illi nobilitate carnis, ad iſtos ciues Eccleſiæ dicit Paulus. Videte fratres uocationem ueſtram quia nōn multi ſapientes ſecundum carnem, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus &c. Ignobilia et contemptibilia elegit Deus ut non glorietur omnis caro in conſpectu Dei. Illi in ſapientia & ſcientia, at iſti, hoc eſt fideles, nihil minus; Ad quos ſcribit Paulus. Fratres ſcriptum eſt, perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentum reprobabo. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Sunt quidem in hoc regno ſapientes, nobiles, & potentes ſed multo aliter, nimirum nō iuxta carnem, ſed iuxta legem domini, nobiles non iuxta ſenſus uanitatem, ſed ſecundum iudicium Dei. Illi gloriantur in perituris temporalibus & caducis diuitijs, iſti autem gloriantur magis & gaudent de paupertate. Ad quos ſcribit Iacobus dicens. Audite fratres mei dilectiſſimi nōne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Sunt quidem, & hic diuites ſed alio modo, nempe uerioribus & ſolidioribus diuitijs. Quos nos pecunioſos & locupletes appellamus,

pellamus, illi diuites quidē uocant ſed huius ſeculi, ut hac nota intelligas ſpurias has eſſe diuitias, illas ꝓprias legitimas & germanas. Olim diu diſceptatū eſt inter Principes & ſapiētes huius ſeculi ubi nā ſita eſſet humana felicitas, quidā dixerūt ſitā in diuitijs, alij in uoluptatibus putauerunt eſſe collocandam, alij in poteſtate, alij in honoribus aut humana gloria arbitrati ſunt eſſe ponendam, denique totus mūdus cōſentiēter clamabat beatos eſſe diuites, felices potentes, & qui uitā pręſentē tranſigunt in uoluptatibus & delitijs. At Chriſtus Rex noſter qui nouū formabat regnū, ut faceret oīa noua ueluti dānans has uoces contra è ſuggeſtu clamauit. Beati pauperes qm̄ ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ, beati qui lugent, beati eritis cū uos oderint hoīes &c. Et deplorandos eſſe iudicauit eos quos mūdus beatificat, Væ uobis diuitibus qui habetis hic cōſolationē ueſtrā. Væ uobis qui ridetis, qa lugebitis, Et Iacobus eius diſcipulus ad eoſdē. Agite nunc diuites plorate ululantes in miſerijs ueſtris quę adueniant uobis. Merito igitur ciuitas hæc noua, & regnū nouū in quo ſunt oīa noua, & cuius rex clamat, ecce uenio, ecce facio oīa noua. Poſtremo dicitur deſcendens de cœlo, de cœlo deſcendere dicit̄, quicquid enim ad ipſam eccleſiā attinet, deſcendit de cœlo, oīa in hoc regno ſunt cœleſtia, omnia ſpiritualia et diuina, oīa de ſurſum ad eam ueniunt, unde bene & de ſurſum atq; etiā ſurſum eē dicit̄ hæc ſancta ciuitas. Apoſto. Galathis ſcribens. Illa aūt quæ ſurſum eſt Hieruſalē, libera eſt, quę eſt, mater noſtra. Et quotquot ad eam

pertinēt ſunt ex ſuperis,alij uero ex infernis, illi cœleſtes,iſti uero terreſtres:deſcendit ergo olim de cœlo,ſed qua ratione?qua gloria?quo decore? A Deo parata:Maximus eſt qui parauit & adornauit eam, quantum ergo fuiſſe putatis illius apparatum ? Nimirum non fuit uulgaris, inanis, aut iuxta hominis ſenſum,minor eſt omnis ſermo q̃ ut de his prodignitate quiſq; loqui ualeat. (Sicut ſponſam ornatā uiro ſuo)De quo apparatu in myſterio dixit Pſal. Aſtitit Regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato,circundata uarietate.Figuratur quoque ille idē apparatus mirifica illa templi Dei & tabernaculi(quod ſub lege fuit)exornationē.Sed qua ratione à Deo parata eſt?Velut ſponſa quæ ſponſo ſuo traditur, ut in nuptijs fieri ſolet.Quod Chriſtus ſit ſpōſus,& eccleſia ſpōſa manifeſte tradit Baptiſta, Qui habet ſponſam ſponſus eſt.Hoc quoq; Salomonis Cantica teſtantur quæ nō disſimili apparatu ipſum ſponſum proponūt nobis ornatū,Filiæ Hieruſalem uenite et uidete Regē Salomonis in diademate quo coronauit eū mater ſua. Et nequis ambigat an ad eccleſiam Chriſti hæc pertineant,ſubiungit Ioannes. Et audiui uocem magnam à throno de ea dicentē, ecce tabernaculum Dei cum hominibus. ſiue tabernaculū dicas,ſiue eccleſiam eā appelles nihil intereſt. O felix & beata Hieruſalem beati qui uiderunt hanc nouitatem tuam.Sed ſoli illi uiderunt & uidebūt qui fuerint ſpiritu Chriſti renouati, ò quam felix qui uidebit te cum repleberis gloria ſponſi tui,& illius im pollutis,ſanctis diuiniſq; amplexibus frui incipies.

O quã beatus qui uocabitur ad nuptias tuas, qñ ſcilicet traderis uiro tuo, ſed cui uiro? nempe agno, Regi ſummo, Deiq; filio, ipſi gloria in ſecula Amen.

Forſan tacitus cõſiderabit aliquis quorſum hæc dicã, audiſtis Patres quale Chriſtus ſtatuerit regnum ſuũ, tale cum uenerit requiret à uobis, audiſtis quibus ciuibus, quibus legibus, quo apparatu conſtitutum fuerit regnũ Iſraelis. Peregre aũt abeunte Rege ſuo iuxta parabolã Euangelicã, uos Patres reliquit Vicarios ſuos, uos Epiſcopos domus ſuæ, uos ſpeculatores, uos uigiles, uos doctores, uos cuſtodes huius ciuitatis, uos duces huius militiæ, uos gubernatores huius regni, uos paſtores huius gregis, uos patronos huius familiæ, uos ſponſos huius eccleſiæ, ueſtri muneris erat uigilaſſe ſuper cuſtodia huius ciuitatis, ueſtrũ erat iuxta præſcriptas à Chriſto leges regnũ hoc gubernaſſe, ueſtrũ erat facere ut iuxta illas irreprehenſibiliter uiueret fidelis populus, ad uos pertinebat ſeruaſſe ſponſam hãc Chriſti ſanctã, impollutam, eiſdem ornamẽtis ornatã, quibus Chriſtus illam reliquit. Fingite nunc Patres redire Chriſtum, (redibit autem cito) & requirere ſpõſam ſuam qualẽ uobis reliquit, quã obſecro illi reſtituetis? Num hanc ad hũc angulũ orbis contractã? Nũ hanc prophana pompa & apparatu ſeculari ſuperbientem? Num hanc quæ palatiorũ magnificentia etiam cum principibus decertat? Nũ hanc omnium delitiarum temporalium copia affluẽtem? Hæccine eſt ciuitas illa ſancta à mũdi ſpiritu ſeiũcta? Hæccine eſt ciuitas illa Dei, diuinis gubernata legibus? ipſiſſi-

Tertia pars orationis

73a

ma. Heu quãtũ ab illa mutata. Hæccine eſt ciuitas illa noua? Nũc uniuerſa in ea cũ ethnicis & barbaricis ciuitatibus. Video cõmunia & antiqua, antiqua in ea regnat auaritia, uetus dominatur ambitio, ad delitias, et diuitias aſpirãt & ſuſpirãt in ea ciues uniuerſi. Heu, heu Patres, quis hæc cogitare audeat? Hęccine eſt ciuitas illa quę deſcẽdit de cœlo? Ciuitas illa pfecti decoris & gaudiũ uniuerſi orbis? Hæccine eſt illa tota pulchra & decora? Nũ, quid eſt quominus poſſimus illã dicere totã deformẽ. De qua Eſaias dixit, Omne caput languidũ, & omne cor mœrens, à plãta pedis, uſque ad uerticem non eſt in ea ſanitas. Hęccine ẽ illa, Noemi, id eſt, formoſa? Audite quid dicat, Ne uocetis me, Noemi, id eſt pulchra, ſed uocate me Mara, hoc eſt amara, quia amaritudine ualde repleuiſtis me, egreſſa ſum plena, & uacuã reducitis me. Cur ergo uocatis me, Noemi, quã Dominus humilitauit & afflixit omnipotẽs? Vbi ſunt ornamẽta tua quibus parabaris ſpõſo tuo tradenda? Vbi ſunt monilia tua quibus ornabaris ſpõſa Chriſti? Vbi fides illa quę ẽt mortuos ſuſcitabat? Vbi charitas? Vbi cõtẽptus ille uitæ & rerũ præſentiũ? Vbi ardor ille mortis & rerũ cœleſtiũ? Vbi ſitis illa uidẽdi regnũ Dei? Vbi amor ille paupertatis? Nunc oẽs
Hiere. 6. (ut olim dixit Hiere.) ſtudent auaritiæ à minimo uſque ad maximum, à Propheta uſq; ad ſacerdotem, cũcti facimus dolũ. Vbi olim regnabãt caſtitas, et innocentia nunc regnant ambitio, luxuria, dominãdi cupiditas, & uanitas. Heu, heu Patres quis eã ſiccis oculis contemplabitur? Quis hæc cõſideret ſine

lachrymis? O ciues Hieruſalem, o ciues huius regię & ſanctæ ciuitatis, quis hæc intelligens nō commoueatur? Quis ſi Chriſtianus eſt, hæc audiens nō perhorreſcat? Quis nō miſerebitur matris ſuæ? Et ego cū Hiere. precabor. O Vtinā caput meum aqua, & *Hie. 9.* oculus meus fons lachrymę, et plorabo interfectos filię populi mei. Tędet, pigetq́ꝫ Patres, fidem, pietatē religionem, noſtris temporibus ita tepuiſſe, & penè dixerim contabuiſſe, ut uix earū ulla ueſtigia ſint reliqua, & feruorē in maiorum noſtrorum aīs inſitū tantopere deferbuiſſe, ut cū Hiere. dicere cogamur, Egreſſus eſt à filia Siō omnis decor eius, Principes eius facti ſunt ut arietes non inueniētes paſcua, abierunt abſqꝫ fortitudine ante faciem ſubſequentis, uiderunt eā hoſtes & deriſerunt ſabbata eius. Mores uero & inſtituta maiorum noſtrorum, pro lege tenenda, nunc ſpreta iacent, præuaricatores diuinarū legum, eccleſiaſticarum traditionum cōtēptores, impune ceruicibus elatis incedunt, fides in bona noſtri orbis parte extincta eſt, in reliqua admodū exigua parte adeo languet, ut uix uera indicia appareāt, charitas. n. ubiqꝫ friguit, abuſus in dies magis creſcunt, imo et abuſus abuſum inuocat, et animus abuſibus & ſceleribus aſtrictus nō facile ab eis diuelli poteſt, huius tātæ imutatiōis, huius tā immēſi lapſus à uobis Patres exigetur rō cū ſiſtemini añ maieſtatē iudicis. Cōſiderate obſecro diuinā illā ſpōſam filij Dei ad genua ueſtra prouolutā, nō ornamentorꝫ ſuorū ſplendore fulgentem, ſed lugubri indutā ueſte, totā ſqualore confectā, lachrymiſqꝫ perfuſam, ad uos pa

tres clamare, obinxeq; poſtulare, ut q̃ nr̃o uitio & neglectu ueſtro deformata eſt, iã tãdem reformetur. Totus orbis Chriſtianus expectat Patres quid agatis, & fortaſſe eius generis ſunt eccleſiæ morbi, quorum curatio longiorem moram non ferat, & tã lenta remedia admouere ſit periculoſum. Grauisſima conſideratione penſate patres quid agatis, craſtina morituri, craſtina parituri ante maieſtatem Dei, & ſiſtẽdi ante tribunal illud tremendum Saluatoris noſtri Chriſti, in quo ſeuerisſima horum omnium à uobis exigetur ratio. De manu ueſtra requirã hęc, dicit Dominus per Ezechie. Qui habet aures audiẽdi audiat. Ponite in cordibus ueſtris uerba hæc, dicam iterum, Sanguinem omnium pereuntium de manu ueſtra requiram; requiram inq; dicit Dominus. O tremenda uerba hæc, fulmina ſunt non uerba, & tamẽ ab ore Domini. Aperuit Dominus os aſinæ ut moneret Balaam prophetam, potuit Dominus aperire os huius peccatoris ut commoneret uos. Mementote eorum quæ dixerim uobis, teſtis ero eorum quæ hodie ſignificaui uobis cũ pariter uenerimus ante dominum quando inutilis erit omnis conatus, & ſera pœnitentia.

Sed quid ago, qd fruſtra cõſumor cũ hoibus laborans cõtra id qd in principio prępoſuerã? Ad te Saluator, mea ſe cõuertat oratio. Dñe nũ in tpe hoc reſtituis regnũ Iſraeli? Num in hoc tpe ſub ſanctiſsimo Paulo. III. inſtauras Eccleſiam tuã? Nũ per pręſentẽ ſenatũ reparabis regnũ tuũ? Audio qd dicas. Nõ eſt tuũ noſce tpa uel articulos tẽpoꝝ, quos pa-

ter i ſuo ipſius cõſtituit arbitrio. Ingenue fateor, nõ
eſt huius uermiculi, nõ ẽ huius pcõris, ſecretũ regis
intelligere. Verũ illud nõ poteris ꝓhibere, qn ſi nõ
interrogãdo, ſaltẽ rogãdo interpellẽ clementiã tuã.
Dñe inſtaura quæſo, in diebus nr̃is regnum Iſraelis.
Dñe q uoluiſti appellari oĩum rerꝝ innouator, ino
ua q̃ſumus eccleſiã tuã. Reſtitue ſpũm illũ antiquũ
quẽ donaſti pr̃ibus nr̃is, Dñe ſuſcita nobis ſaluato=
rẽ aliquẽ. Ne memineris iniquitatũ nr̃arꝝ antiquarꝝ,
cito anticipẽt nos miſericordię tuę, quia pauperes fa
cti ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter,
& pp gloriã noĩs tui libera nos, & ꝓpitius eſto pec
catis nr̃is pp nomen tuũ, Dñe qñ Iſrael premebať in
Aegypto poſt quadringẽtos annos clamauit ad te
et ſuſcitaſti Moſen qui paſcebat gregẽ ſoceri ſui, &
p eũ liberaſti de duriſsima ſeruitute Pharaõis popu
lum fidelẽ. Collecto ad Pr̃es ſuos Moſe, ſuſcitaſti Io
ſue filiũ Nũ, qui pugnaret ꝓ Iſraele: & nũc dñe ad te
clamat fidelis populus, emitte Phinea aliquẽ q zelo
ſe opponat ꝓ domo dñi, & ceſſet hoc flagellũ. Dñe
octo annis laborauit Iſrael ſeruiens Regi Meſopota
mię, et clamauit ad te, et ſuſcitaſti eis ſaluatorẽ Otho
niel fratrẽ Caleb minorẽ, quẽ repleuiſti ſpũ tuo &
liberauit Iſraelẽ. Dñe dũ Siſara Chananeus p. xx. an
nos uehemẽter uexaret Iſraelẽ ſuſcitaſti Dñe Debo=
ram & Barach qui reſtituerunt Iſraeli ſuũ regnũ, &
quieuit in pace p multos annos. Et nũc Dñe à ducẽ
tis annis & ſupra premiť eccleſia tua, q̃uis nõ op=
primiť, mitte quæſo ſaluatorẽ aliquẽ, ceſſet iã cõtem
ptus iſte legũ tuarꝝ: Nunqd nõ ſunt adhuc cõpletæ

iniquitates nr̃æ? Dñe cũ humiliatus eſſet Iſrael in cõſpectu Madiã & opprimeret̃ ab eo ſeptẽ annis, clamauit ad te, & exaudiſti eũ qui p̃ Gedeonẽ liberaſti eũ de manu Madiã & Amalech. Rurſus cũ uexaret̃ ab Amon Rege, ſuſcitaſti illi Iepte, p̃ quẽ liberaſti Iſraelẽ ab Amonitis. Rurſus p̃ Sanſonẽ liberaſti eũ à Palæſtinis, & p̃ Dauid Regẽ liberaſti ab oppreſsione Goliath, & p̃ Angelũ ab exercitu Aſſyriorꝫ fugato Sẽnacherib Rege, cũ in ſũmo diſcrimine obſideret̃ ciuitas Hieruſalẽ. Et nunc te inuocamus, tuũ imploramus numen, tuã oramus clemẽtiã Chriſte ſeruator, qui uiciſti ſatanã in deſerto, fer opem eccleſiæ tuæ, oppugnat̃ domus tua, nõ expugnetur. Reſpice ſenatũ hunc tuo noĩe cõgregatũ. Reſpice hos patres. Reſpice Principes noſtros, ne ſpectes ad me, meiq́ꝫ ſimiles p̃ quos fundunt̃ preces. Nõ ſum ego qui precor, p̃ me infinita piorum multitudo, p̃ me precat̃ eccleſia tua. Obſecro te dñe Deus magne & terribilis peccauimus in cœlũ, & corã te iniquitatẽ fecimus, impie egimus, receſsimus & declinauimus à mãdatis tuis, ac iudicijs, tibi dñe iuſtitia, nobis aũt cõfuſio faciei. Inclina Deus meus aurẽ tuã & audi, aperi oculos tuos, uide deſolationẽ noſtrã, & ciuitatẽ hanc ſup̃ quã inuocatũ eſt nomẽ tuũ, Neqꝫ.n. in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuã, ſed in miſerationibus tuis multis, exaudi Dñe, placare Dñe, attende & fac, ne moreris propter temetipſum Deus meus. Dixi.

Oratio Danielis ĩ babylone qñ captiuus tenebatur Iſrael.